Curſor ne abiret magiſtratu.M.Corneliū Maluginéſem collegā ſubrogauit:& quāto modeſtior illius
cupiditas fuit quá tua Appi:nec ſolus:nec ultra finitū lege tépus Lucius Papyrius céſuram geſſit:tamen
neminem inuenit:q ſe poſtea auctoré ſequeret:oés deinceps cenſores poſt morté collegæ ſe magiſtra/
tu abdicarunt.Te nec qđ dies exit cenſuræ:nec qđ collega magiſtratu abiit:nec lex nec pudor coerceret:

Vide ne cōſe/cerint ſit potiꝰ legédū

uirtuté i ſuperbia audaciá in cōtemptu deoꝝ hominūq; ponis.Ego te.Ap.Claudi ꝓ iſtius magiſtratus
maieſtate ac uerecundia:qué geſſiſti:nō modo manu uiolatū:ſed ne uerbo quidé iclæmentiori a me ap
pellatum uellé:ſed & hæc:quæ adhuc egi:peruicatia tua & ſupbia coegit me loqui:& niſi Aemyliæ le/
gi parueris in uícula duci iubebo:neq; cū ita cōparatum a maioribus ſit ut comitiis céſoriis:niſi duo cō
fierint legitima ſuffragia nō renunciato altero:comitia differátur:ego te qui ſolus céſor creari nō poſſis
ſolū cenſurá gerere non patiar.Hæc taliaq; cū dixiſſet:præhédi céſoré:& i uícula duci iuſſit. Approban
tibus ſex tribunis actioné collegæ:tres appellati Appio auxilio fuerūt:ſummaq; iuidia oíum ordinū ſo
lus cenſurá geſſit.Dum ea Romæ gerūtur:iá Sutriū ab ethruſcis obſidebat:cōſuliq; Fabio imis monti
bus ducéti ad ferendam opem ſociis:téptandaſq; munitiones:ſi qua poſſet:acies hoſtiū inſtructa occur
rit:quoꝝ ingenté multitudiné cū oſtéderet ſubiecta late planicies:cōſul ut loco paucitaté ſuoꝝ adiuua/
ret:flectit paululum in cliuos agmen.Aſpreta erant ſtrata ſaxis:inde ſigna i hoſtem obuertit. Ethruſci

Fūdūt ethruſci

oíum præterq̄ multitudinis ſuæ:qua ſola fræti erát.imemores præliū ineunt adeo raptim & auide: ut
abiectis miſſilibus:quo celerius manus cōſererent:ſtrígerent gladios uadentes i hoſtem.Romanus cō/
tra nūc tæla nunc ſaxa:quibus eos affatim locus ipſe armabat:ingerere:igit ſcuta galeæq; icta cum etiá:
quos nō uulnerauerát:turbarét:neq; ſubire erat facile ad propioré pugná:neq; miſſilia habebát:quibus
eminus rem gererent:ſtátes & expoſitos ad ictus:cū iam ſatis nihil tegeret:quoſdá etiam pedé referétes
fluctuanteſq;:& inſtabilé acié redintegrato clamore ſtrictis gladiis haſtati & principes inuadunt: eū im
petū nō tulerunt:ethruſci uerſiſq; ſignis fuga effuſa caſtra repetunt.Sed eqtes romani præuecti per ob/
liqua cápi cū ſe fugientibus obtuliſſent:omiſſo ad caſtra itinere:mōtes petūt:inde inermi pene agmine
ac uexato uulneribus i ſiluam Ciminiá penetrant.Romanus multis millibus ethruſcoꝝ cæſis:duode/
quadraginta ſignis militaribus captis caſtris etiam hoſtium cū præda ingenti potitur.Tum de ꝑſequé

Silua ciminia q̄ hodie uici lacui incubat

do hoſte agitari cœptum.Silua erat Ciminia magis tum inuia atq; horrenda:quá nuper fuere germani
ci ſaltus:nulli ad eam dié ne mercatoꝝ qdem adita:eá intrare haud fere quiſquam præter ducé ipſum
audebat:aliis omnibus cladis caudinæ nōdum memoria aboleuerat:tum ex iis q aderant:conſulis fra/
trem.M.Fabium Ceſoné:alii.C.Claudiū qdam matre eadé:qua conſulem genitū tradunt:ſpeculatum
ſe iturum profeſſum breuiq; omnia certa allaturum. Cære educatus apud hoſpites ethruſcis litteris
eruditus erat:linguamq; ethruſcam prope nouerat.Habeo auctores uulgo tum romanos pueros ſicut
nunc græcis ita ethruſtis litteris erudiri ſolitos:ſed propius eſt uero ꝑcipuū aliqd fuiſſe i eo: qui ſe tam
audaci ſimulatione hoſtibus imiſcuerit:ſeruus ei dicit comes unus fuiſſe nutritus una:eoq; haud igna
rus līguæ eiuſdé:nec qcq̄ aliud ꝓficiſcentes:quá ſummatim regiōis:quæ intráda erat naturam:ac noía
prícipum i populis accepere:nequa iter colloqa inſigni nota hæſitátes depræhédi poſſent:iere paſtorali
habitu agreſtibus tælis geſſiſq; binis armati.Sed neq; cōmerciū līguæ:nec ueſtis armorumue habitus
ſic eos texit:quá qđ abhorrebat a fide quéq̄ externū Ciminios ſaltus itraturum.Vſq; ad camertes um/
bros penetraſſe dicunt:ibi q eént fateri romanū auſum itroductūq; i ſenatū cōſulis uerbis egiſſe de ſo/
cietate amiciciaq;:atq; íde comi hoſpitio acceptū:nunciare romanis iuſſum cōmeatum exercitui dieꝝ.
xxx.præſto fore:ſi ea loca itraſſet:iuuétutéq; camertiū umbroꝝ i armis paratá iperio futurá.Hæc cum
relata cōſuli eént:impedimétis prima uigilia præmiſſis legionibus poſt ipediméta ire iuſſis:ipſe ſubſti/
tit cū equitatu:& luce orta poſtero die obequitauit ſtatiōibus hoſtiū quæ extra ſaltū diſpoſitæ erant:&
cum ſatis diu tenuiſſet hoſtė i caſtra ſeſe recepit:portaq; altera egreſſus ante nocté agmen aſſeqtur: po/
ſtero die luce prima iuga Ciminii montis tenebat:inde contemplatus opuléta Ethruriæ arua milites

ciminia ſilua a ro. ſuperatur

emittit.Ingenti iá abacta ꝑda tumultuariæ agreſtium ethruſcoꝝ cohortes repéte a principibus eius re
gionis cōcitatæ romanis occurrunt adeo icōpoſitæ:ut uindices prædaꝝ prope ipſi prædæ fuerint. Cæ
ſis fugatiſq; iis late depopulato agro uictor romanus opulétuſq; reꝝ oíum copia i caſtra rediit.Eo for/
te.v.legati cū duobus tribunis plebis uenerát denunciatū Fabio ſenatus uerbis ne ſaltū ciminiū tranſi/
ret:lætati ſerius ſe quá ut impedire bellum poſſent ueniſſe:nuncii uictoriæ Romam reuertuntur.Hac
expeditione cōſulis motū latius erat:quá ꝓfligatū bellum:uaſtationé náq; ſub Ciminii mōtis radicibus
iacés ora ſenſerat:concitaueratq; indignatione nō Ethruriæ modo populos:ſed Vmbriæ finitima:itaq;
quantus nunq̄ antea exercitus ad Sutriū uenit:neq; e ſiluis tantūmodo promota caſtra:ſed ét auiditate
dimicandi q̄primū i campos delata acies:deíde iſtructa:prío ſuo ſtare loco relicto hoſtium ad inſtruen
dum cōtra ſpatio:deinde poſteaq̄ detrectare hoſtem ſenſere pugná:ad uallū ſubeūt:ubi poſteaq̄ ſtatio/
nes quoq; receptas intra muniméta ſenſere:clamor repente circa duces ortus:ut eo ſibi e caſtris cybaria
eius diei deſerri iuberent:máſuros ſe ſub armis:& aut nocte:aut certe luce pría caſtra hoſtiū inuaſuros.

Nihilo quietior romanus exercitus iperio ducis continet:decima erat fere diei hora:cū cybum cape
re conſul milites iubet:præcipit:ut i armis ſint:quacunq; diei noctiſue hora ſignū dederit: paucis mili/
tes alloquitur:ſamnitium bellū extollit:& leuat ethruſcos:nec hoſtem hoſti:nec multitudiné multitu/
dini ait cōparandam eſſe:præterea tælum aliud occultū ſcituros i tempore:interea taceri opus eſſe.His
ambagibus prodi ſimulabat hoſtes:quo animus militū multitudine territus reſtituerentur:& quod ſi
ne munimento conſtiterant:ueriſimilius erat:quod ſimulabatur.Curati cybo:corpora:quieti dant: &

quarta fere uigilia ſine tumultu excitati arma capiunt:dolabræ calonibus diuiduntur ad uallũ proruẽ/
dum foſſaſq; implendas:intra munimenta ĩſtruitur acies:delectæ cohortes ad portaꝝ exitus collocan/
tur:dato deĩde ſigno paulo ante lucem:quod æſtiuis noctibus ſopitæ maxĩe quietis tempus eſt:ꝓruto
uallo erupit acies:ſtratos paſſim ĩuadit hoſtes:alios ĩmobiles:alios ſemiſõnes ĩ cubilibus ſuis:maximã
partẽ ad arma trepidantes cædes oppreſſit:paucis armandi ſe datum ſpatiũ ẽ:eos ipſos non ſignum cer
tum:non ducẽ ſequẽtes fundit romanus:fugatoſq; perſequitᷣ ad caſtra:ad ſiluas diuerſi tẽdebãt: ſiluæ
tutius dedere refugiũ:nã caſtra ĩ campis ſita eodẽ die capiuntᷣ aurũ argentumq; iuſſum referri ad cõſu
lem:cætera p̃da militis fuit:cæſa aut capta eo die hoſtium millia ad ſexaginta. Eam tam clarã pugnam
trans Ciminiam ſiluam ad Peruſiam pugnatam q̃dam auctores ſunt:metuq; in magno ciuitatẽ fuiſſe
ne interclufus exercitus tam infeſto ſaltu coortis undiq; tuſcis umbriſq; opprimeretur:ſed ubicunque
pugnatum eſt:res romanã ſupior fuit:itaq; a Peruſia & Crotone & Arretio:quæ ferme capita Ethru/
riæ populoꝝ ea tempeſtate erãt:legati pacem fœduſq; ab romanis petentes inducias in triginta annos
impetrauerunt.Dum hæc ĩ Ethruria geruntur:conſul alter.C.Martius Rutilius Aliſas de ſamnitibus
ui cepit:multa alia caſtella uiciq;:aut deleta hoſtiliter:aut ĩtegra ĩ poteſtatem uenere:Per idem tempus
& claſſis romana a.P.Cornelio:quẽ ſenatus maritimæ oræ præfecerat:in Cãpaniam acta:cum appulſa
Pompeios eſſet:ſocii ĩde nauales ad populandũ agrum nucerinum profecti ꝓximis raptim uaſtatis un
de reditus tutus ad naues eſſet:dulcedine ut fit p̃dæ longius progreſſi exciuere hoſtes:palatis per agros
nemo obuius fuit:cum occidione occidi poſſent:redeuntes agmine incauto haud procul nauibus aſſe/
cuti agreſtes exuerunt p̃da:partẽ etiã occiderunt:quæ ſupfuit cædi:trepida multitudo ad naues cõpul/
ſa eſt.Profectio.Q.Fabii trans Ciminiam ſiluã quantũ Romæ terrorem fecerat:tam lætam famam in
Samnium ad hoſtes tulerat:interclufum romanũ exercitum obſideri:cladiſq; imaginem furcas caudi/
nas memorabãt:eadẽ temeritate auidã ulteriorum ſemper gentem ſaltus inuio deductã:ſeptam nõ ho
ſtium magis armis:quam locoꝝ iniquitatibus eſſe.Iam gaudium inuidia q̃dam miſcebatur:quod bel
li romani decus ab ſamnitibus fortuna ad ethruſcos auertiſſet:itaq; armis uiriſq; ad obterendum.C.
Martium cõſulem concurrũt:protinus ĩde Ethruriam per marſos ac ſabinos petituri:ſi Martius dimi
candi ptãtem nõ faciat:obuius iis conſul fuit:dimicatũ p̃lium utrĩq; atroci atq; incerto euentu eſt:& cũ
anceps cædes fuiſſet:aduerſæ tamẽ rei fama in romanos uertit:ob amiſſos quoſdã equeſtris ordinis tri
bunoſq; militũ atq; unum legatũ:& q̃d ĩſigne maxime fuit conſulis ipſius uulnus.Ob hæc ẽt aucta fa/
ma:& ut ſolet:ĩgens terror patres ĩuaſit:dictatoremq; dici placebat:nec quin Curſor Papyrius diceretᷣ:
in quo tum ſumma rei bellicæ ponebatur:dubium cuiq̃ erat:ſed nec ĩ Samnium nũcium ꝑferri oĩbus
infeſtis tuto poſſe:nec uiuere Martium cõſulem ſatis fidebãt.Alter cõſul Fabius ĩfeſtus priuatim Papy
rio erat:quæ ne ira obſtaret bono publico legatos ex cõſulariũ numero mittendos ad eum ſenatus cen
ſuit:qui ſua quoq; eum nõ publica ſolum auctoritate mouerent:ut memoriã ſimultatũ patriæ remit/
teret.Profecti legati ad Fabium cõſulem cum ſenatuſcõſultum tradidiſſent:adieciſſentq; orationẽ con
uenientem mãdatis:conſul demiſſis in terrã oculis tacitus ab incertis:quid nã eſſet acturus:legatis receſ
ſit:nocte deĩde ſilentio:ut mos ẽ.L.Papyriũ dictatorẽ dixit:cui cũ ob animum egregie uictũ legati gra/
tias agerent:obſtinatum ſilẽtiũ obtinuit:ac ſine reſponſo ac mẽtione facta ſui legatos dimiſit:ut appare
ret inſignẽ dolorẽ ingẽti cõprimi animo.Papyrius.D.Iuniũ Bubulcũ magiſtrum eq̃tum dixit: atq; ei
legem¦curiatã de imperio ferenti triſte omen diem diffudit:q̃d ſaucia curia fuit:prĩcipium duabus inſi
gnibus cladibus:captæ urbis:& caudinæ pacis:q̃d utroq; ãno eiuſdẽ curiæ fuerat prĩcipium.Macer Li
cinius tertia etiam clade:quæ ad cremerã accepta eſt:abominandam eã curiã facit.Dictator poſtero die
auſpiciis repetitis pertulit legẽ:& ꝓfectus cũ legionibus ad terrorẽ traducti ſiluam Ciminiã exercitus
nuper ſcripti:ad Longulã peruenit:acceptiſq; a Martio cõſule ueteribus militibus in aciẽ copias eduxit:
nec hoſtes detrectare uiſi pugnã:inſtructos deinde armatoſq;:cũ ab neutris p̃lium inciperetur:nox op
preſſit.Quieti aliq̃diu nec ſuis diffidentes uiribus:nec hoſtẽ ſpernentes ſtatiua in propinquo habuere.
Nam & cũ umbroꝝ acie depugnatũ ẽ:fuſi tamẽ magis:quã cæſi hoſtes:quia cœptã acriter non tolera/
runt pugnã:& ad Vadimõis lacum ethruſci lege ſacrata:coacto exercitu:cũ uir uirum legiſſet:q̃tis nũq̃
alias ante ſimul copiis:ſimul animis dimicarunt.tãtoq; irarum certamine geſta res eſt:ut ab neutra par
te emiſſa ſint tæla:gladiis pugna cepit:& accerrime cõmiſſa ipſo certamine: quod aliq̃diu anceps fuit:
accenſa eſt:ut nõ cum Ethruſcis totiens uictis:ſed cum aliqua noua gente uideretᷣ dimicatio eſſe nihil
ab ulla parte mouetur fugæ cadũt anteſignani:& ne nudentur pugnatoribus ſigna:fit ex ſecunda prĩa
acies:ab ultimis deĩde ſubſidiis cietur miles:adeoq; ad ultimũ laboris ac periculi uentum eſt: ut equi/
tes romani omiſſis equis ad proximos peditum per arma:per corpora euaſerint:ea uelut noua ĩter feſ/
ſos exorta acies turbauit ſigna Ethruſcoꝝ:ſecuta deinde impetum eoꝝ:utcunq; affecta fuerat: cætera
multitudo tandẽ perrumpit ordines hoſtiũ.Tũc uici ꝑtinacia cœpta:& auerti manipuli q̃dam:& ut ſe/
mel dedere terga ẽt certiorẽ capeſſere fugã.Ille primũ dies fortuna ueteri abũdantes Ethruſcoꝝ fregit
opes:cæſum ĩ acie q̃d roboris fuit:caſtra eo ĩpetu capta direptaq;.Pari ſubĩde ꝑiculi gloriæq; euẽtu bel/
lum ĩ ſamnitibus erat:q p̃ter cæteros belli apparatus:ut acies ſua fulgeret nouis armoꝝ ĩſignibus:fece/
runt:duo exercitus erãt:ſcuta alterius auro:alterius argẽto celauerũt.Forma erat ſcuti ſummũ latius:q̃
pectus atq; humeri teguntᷣ faſtigio æq̃li ad imum cuneatior nobilitatis cã:ſpõgia pectori tegumẽtũ. &
ſiniſtrũ crus ocrea tectũ:galeatæ criſtæ:quæ ſpeciẽ magnitudini corporũ adderẽt:tunicæ auratis militi
bus uerſicolores argentatis lĩteæ candidæ:his dexteꝝ cornu datũ:illi ĩ ſiniſtro cõſiſtũt.Notus iã roma/

Ad Su/ triũ ce/ duntᷣ ethruſci

LX.ho/ ſtiũ mil lia cæſa

Attur. ſamni/ tium motus

Noctu dicta/ tor dicebatᷣ

Ad ua/ dimõis lacũ ho ſtes ethru/ ſci uin/ cuntur

nis apparatus inſignium armoꝝ fuerat:doctiꝗ a ducibus erant horridū militem eſſe debere:nō celatū
auro argētoꝗ:ſed ferro & animis fraetū:quippe illa ꝑdam uerius:quam arma eſſe:nitentia ante rem:de
forma iter ſanguinē & uulnera:uirtutē eſſe militis decus:& omnia illa uictoriā ſequi:& ditem hoſtem
quāuis pauperis uictoris praemiū eſſe.His Curſor uocibus inſtinctos milites in ꝑliū ducit:dextero ipſe
cornu conſiſtit:ſiniſtro ꝑfecit magiſtrū equitū.Simul eſt cōcurſum:ingens fuit cū hoſte certamē:nō ſe
gnius inter dictatorē & magiſtrum eqtum ab utra parte uictoria īciperet.Prior forte Iunius cōmouit
hoſtem leuo dexterū cornu:ſacratos more ſamnitiū milites eoꝗ candida ueſte & paribus candore ar/
mis inſignes eo ſe horco mactare Iunius dictitās:cū intuliſſet ſigna:turbauit ordines:& haud dubie im
pulit aciē.Quod ubi ſenſit dictator:ab leuo ne cornu uictoria īcipiet:inquit? & dexterū cornu dictato/
Sánitiū ris acies alienā pugnā ſequētur? nō partē maximā uictoriae trahet? cōcitat milites.Nec peditum uirtuti
ſtrages equites:aut legatoꝝ ſtudia ducibus cedunt.M.Valerius a dextero.P.Decius a leuo cornu ambo cōſula
res ad equites ī cornibus poſitos uehunť:adortatiꝗ eos ut partē ſecū capeſſerent decoris:ī tranſuerſa la
tera hoſtium incurrunt:is nouus terror additus cum ex utraꝗ parte circunuaſiſſet aciē:& ad terrorem
hoſtium legiones romanae redintegrato clamore ītuliſſent gradum:tū fuga ab ſamnitibus coepta.Iam
ſtrage hoīum armorumꝗ īſignium campi repleri:ac primo pauidos ſamnites caſtra ſua accepere dein
de ne ea quidem retēta:captis direptiſꝗ ante noctem iniectus ignis:Dictator ex ſenatuſconſulto trium
phauit:cuius triūpho lōge maximam ſpeciē captiua arma ꝓbuere:tantū magnificentiae uiſum in iis:ut
Initiū aurata ſcuta dominis argentarioꝝ ad foꝝ ornandū diuiderentur:inde natum initium dicitur fori or/
ornan/ nandi ab aedilibus:cū thenſae ducerenť.Et romani quidem ad honorē deum īſignibus armis hoſtium
di fori uſi ſunt.Cāpani ab ſuperbia & odio ſamnitium gladiatores:qđ ſpectaculum īter epulas erat:eo ornatu
armarunt:ſamnitiumꝗ nomine appellarūt.Eodem āno cū reliquis Ethruſcoꝝ ad Peruſiam:quae īpa
induciarum fidē ruperat Fabius cōſul nec dubia:nec difficili uictoria dimicat.Ipſum oppidum nam ad
moenia uictor acceſſit:cepiſſet:ni legati dedentes urbē exiſſent.Praeſidio Peruſie impoſito:legationibus
Ethruriae amicitiā petentibus:prae ſe Romam ad ſenatū miſſis:conſul praeſtantiore etiam quā dicta/
tor uictoria triūphans urbem ē inuectus.Quin etiā deuictoꝝ ſamnitium decus magna ex parte ad le/
P.Decio gatos.P.Decium:&.M.Valeriū ē uerſum:quos populus proximis comitiis ingenti conſenſu cōſulem
Q.Fabi alterū:alterū praetorem declarauit.Fabio ob egregie ꝑdomitā Ethruriam cōtinuatur cōſulatus:Decio
us conſ. collega datur Valerius ꝑtor quartū creatus.Cōſules partiti ꝓuincias Ethruria Decio Samnium Fabio
euenit:profectus ad Nuceriam aliſates iā tum pacē petentes:qđ uti ea cū daretur:noluiſſent:aſpernatus
oppugnādo ſubegit.Cū ſamnitibus acie dimicatū:haud magno certamīe hoſtes uicti:neꝗ eius pugnae
memoria tradita foret:ni marſi eo primū praelio cū romanis bellaſſent:ſecuti marſorū defectionē peli/
gni eandē fortunam habuerūt.Decio quoꝗ alteri conſuli ſecunda belli fortuna erat:tarqnienſem me/
tu ſubegerat frumētum exercitui praebere:atꝗ inducias ī.xl.annos petere:uolſinienſiū caſtella aliquot
ui cepit:quaedā ex iis diruit:ne receptaculo hoſtibus eſſent:circunferendoꝗ paſſim bello tātum terrorē
ſui fecit:ut nomē oē Ethruſcū foedus a cōſule peteret:ac de eo qdē nihil īpetratum:īduciae annuae datae
ſtipendiū exercitui romano ab hoſte ī eū annū penſum:& binae tunicae in militē exactae:ea merces īdu
ciarum fuit.Tranqllas res iā Ethruſcis turbauit repentina defectio umbroꝝ gentis integrae a cladibus
belli:niſi qđ trāſitum exercitus ager ſenſerat.Ii concitata omni iuuētute ſua & magna parte Ethruſco/
rum ad rebellionē cōpulſa tātum exercitū fecerāt:ut relicto poſt ſe ī Ethruria Decio ad oppugnandum
inde Romā ituros magnifice de ſe ac cōtemptum de romanis loquētes iactarēt.Quod īcoeptum eoꝝ
ubi ad Decium conſulē perlatū eſt:ad urbem Ex Ethruria magnis itineribus pergit:in agro pipinienſi
ad famam intentus hoſtium cōſedit.Nec Romae ſpernebatur umbroꝝ bellum:& ipſae minae metum
fecerant expertis a gallica clade:quā intutā urbem incolerent.Itaꝗ legati ad Fabiū cōſulē miſſi ſunt:ut
ſi quid laxamenti a bello ſamnitiū eſſet:ī Vmbriā ꝓpere exercitū duceret.Dicto paruit conſul:magniſ/
Meua/ que itineribus ad Meuaniā:ubi tum copiae umbroꝝ erant perrexit.Repens aduentus conſulis:quē ꝓ/
nia cul Vmbria in Samnio bello alio occupatū crediderant:ita exterruit umbros:ut alii recedēdum ad ur/
bes munitas:qdam bellum omittendum cenſerent.Plaga una:Materinā ipſi appellant:nō cōtinuit mo
do caeteros ī armis:ſed cōfeſtim ad certamē egit:caſtra uallantem Fabiū adorti ſunt.Quos ubi effuſos
ruere in munimenta conſul uidit:reuocatos milites ab opere:ꝓut loci natura tempuſꝗ patiebatur:ita
inſtruxit:cohortatuſꝗ praedicatione uera:qua in tuſcis:qua ī Samnio partoꝝ decoꝝ exiguam appen/
dicem Ethruſci belli conficere iubet:& uocis impiae poenas expetere:qua ſē urbem romanā oppugna/
turos minati ſunt:Haec tanta ſunt alacritate militū audita:ut clamor ſua ſponte ortus loquentem inter
pellauerit ducem:ante imperiū deinde concentu tubarum a cornuū curſu effuſo in hoſtem ferunť:nō
Atť.tur tanq̄ in uiros aut armatos incurrūt.mirabilia dictu ſigna primo eripi coepta ſigniferis:deīde ipſi ſigni/
pé um/ feri trahi ad cōſulem:armatiꝗ milites ex acie in aciē tranſferri:& ſicubi eſt certamē:ſcutis magis quam
broꝝ gladiis geritur res & umbonibus:incuſſaꝗ ala ſternunt hoſtes:plus capitur hominū:quā caeditur:atꝗ
deditio una uox ponere arma iubentiū per totam fertur aciē.Itaꝗ inter ipſum certamē facta deditio eſt a pri/
né Ap. mis auctoribus belli:poſtero inſequentibuſꝗ diebus & caeteri umbroꝝ populi dedūtur:oriculani ſpō
Claudi ſione in amicitiam accepti.Fabius alienae ſortis uictor belli in ſuam prouīciam exercitum reduxit:itaꝗ
us.L. ei ob res tam feliciter geſtas ſicut priore anno populus continuauerat cōſulatum:ita ſenatus in inſequē
Volūni tem annum:quo Ap.Claudius.L.Volumnius conſules fuerunt:prorogauit maxime Appio aduerſan/
us conſ. te imperiū.Appiū cenſorē petiſſe cōſulatum:comitiaꝗ eius ab.L.Furio tribuno plebis interpolata:do/

nec ſe cenſura abdicauit:ĩ qbuſdã ãnalibus inuenio:creatus cõſul cũ collegæ nouum bellum ſalẽtini ho/
ſtes decernerent Romæ mãſit:ut urbanis artibus opes augeret:quãdo belli decus penes alios eẽt.Vo/
luminiũ ꝓuinciæ:haud penituit:multa ſecũda ꝑlia fecit:aliquot urbes hoſtiũ ui cepit.Prædæ erat lar/
gitor & benignitatẽ ꝑ ſe gratã comitate adiuuabat:militẽqꝫ iis artibus fecerat & ꝑiculi & laboris aui/
dum.Quintus Fabius ꝓcõſul ab urbẽ Aliſas cũ ſamnitium exercitu ſignis collatis confligit: minime
ambigua res fuit:fuſi hoſtes atqꝫ ĩ caſtra cõpulſi:nec caſtra forẽt retẽta:ni exiguũ ſupfuiſſet diei:ãte no/
ctem tamẽ ſunt circõſeſſa & nocte cuſtodita:neqꝫ labi poſſet:poſtero die uix dũ luce certa deditio fieri
cœpta:& pacti:q ſamnitiũ forẽt:ut cũ ſingulis ueſtimẽtis emitterent:ii oẽs ſub iugũ miſſi:ſociis ſamni
tiũ nihil cautũ:ad q̃ttuormilia ſub corona uenier:q ſe ciuẽ hernicũ dixerat:ſeorſum ĩ cuſtodia habitus
eos oẽs Fabius Romã ad ſenatũ miſit:& cũ q̃ſitũ eẽt:delectu an uolũtarii ꝓ ſamnitibus aduerſus Ro/
manos bellaſſent:ꝑ latinos populos cuſtodiẽdi dant iuſſiqꝫ eã ĩtegram rem noui cõſules.P. Cornelius P. Cor/
Aruina.Q.Martius Tremulus:ii.n.iã creati erãt ad ſenatũ referre.Id ægre paſſi hernici cõciliũ populo/ nelius
rum oĩum habẽtibus anagninis in circo:quẽ maritimũ uocãt:ꝑter alatrinatẽ ferẽtinatẽqꝫ & uerulanũ Q.Mar
oẽs hernici noĩs populo Ro.bellũ ĩduxerũt.In Sãnio quoqꝫ:qa deceſſerat ĩde Fabius:noui motus exor tius cõ.
ti.Calatia & Sora ꝑſidiaqꝫ:q̃ in iis romana erãt:expugnata:& in captiuoꝝ corpora militũ fœde ſæuitũ.
Itaqꝫ eo.P.Cornelius cũ exercitu miſſus:Martio noui hoſtes:iam.n.anagninis hernicisqꝫ aliis bellũ iuſ/
ſum erat:decernunt.Primo ita oĩa opportuna loca hoſtes ĩter cõſulum caſtra ĩterceperũt:ut ꝑuadere
expeditus nuncius nõ poſſet:perqꝫ aliquot dies ĩcerti reꝝ oĩum ſuſpẽſiqꝫ de ſtatu alterius uterqꝫ cõſul
ageret.Romãqꝫ is metus manaret:adeo ut oẽs iuniores ſacramento adigerent:atqꝫ ad ſubita reꝝ duo
iuſti ſcriberent exercitus.Cæteꝝ hernicum:bellum nequaq̃ ꝓ ꝑſenti terrore ac uetuſtate gẽtis gloriæ
fuit:nihil ũſquã dictu dignum auſi:trinis caſtris ĩtra paucos dies exuti triginta dieꝝ inducias:ita ut ad Trinis
ſenatum Romã legatos mitterẽt:pacti ſunt:bimeſtri ſtipẽdio frumẽtoqꝫ & ſingulis in militẽ tunicis. caſtris
Ab ſenatu ad Martiũ reiecti:cui ſenatuſcõſulto ꝑmiſſum de hernicis erat:iſqꝫ gentẽ in deditionẽ acce/ exuunt
pit.Et in Sãnio alter cõſul ſupior uiribus locis ĩpeditior erat:oĩa itinera obſeperant hoſtes: ſaltuſqꝫ ꝑ/ hernici
uios ceperãt ne q̃ ſubuehi cõmeatus poſſent:neqꝫ eos cum quottidie ſigna ĩ aciẽ conſul ꝓferet: elicere
ad certamen poterat:ſatiſqꝫ apparebat neqꝫ ſamnitem certamen ꝑſens:nec romanum dilationem belli
latuꝝ.Aduentus Martii:qui hernicis ſubactis maturauit collegæ uenire auxilio:morã certaminis ho/
ſti exemit:nã ut qui alteri q̃dem exercitui ſe ad certamẽ crediſſent pares:cõiungi utiqꝫ paſſi duos cõ/
ſulares exercitus nihil crederent ſupeſſe ſpei:aduenientẽ incõpoſito agmine Martiũ aggrediunt. Ra/
ptim collatæ ſarcinæ in mediũ:& prout tp̃s patiebat:inſtructa acies:clamor primũ in ſtatiua ꝑlatus:de
inde conſpectus puluis tumultũ apud alteꝝ conſulẽ in caſtris fecit:iiſqꝫ cõfeſtim arma capere iuſſis ra/
ptimqꝫ eductis in aciẽ militibus:tranſuerſam hoſtiũ atqꝫ alio certãine occupatã inuadit:clamitans ſum
mum flagitiũ fore:ſi alteꝝ exercitum utriuſqꝫ uictoriæ cõpotẽ ſinerent:fieri nec ad ſe ſui belli uindica/
rent decus:qua impetũ dederat:perrũpit:aciẽqꝫ per mediã in caſtra hoſtiũ tẽdit:& uacua defenſoribus
capit:atqꝫ incendit.Quæ ubi flagrantia martianus miles conſpexit:& hoſtes reſpexere:tum paſſim fu/
ga cœpta ſamnitiũ fieri:ſed oĩa obtinet cædes:nec in ullã partem tutũ perfugiũ eſt.Iã.xxx.milibus ho/
ſtium cæſis ſignũ receptui conſules dederant: colligebantqꝫ in unũ copias inuicẽ inter ſe gratantes:cũ xxx.mi
repente uiſæ procul hoſtiũ nouæ cohortes q̃ in ſupplementũ ſcriptæ fuerant:ĩtegrauere cædẽ:in quas lia Sãni
nec iuſſu conſulũ:nec ſigno accepto uictores uadunt:malo tyrocinio imbuendũ ſamnitẽ clamitantes. tiũ cæſa
Indulgent conſules legionũ ardori:ut qui probe ſcirent nouũ militem hoſtiũ inter perculſos fuga ue/
teranos ne tentando quidem ſatis certamine fore:nec eos opinio fefellit:oẽs ſamnitium copiæ ueteres
nouæqꝫ montes proximos fuga capiunt:eo & romana erigitur acies:nec quicq̃ ſatis tuti loci uictis eſt:
& de iugis:quæ ceperant:fundunt:iamqꝫ una uoce oẽs pacem petebant.Tum trium menſiũ frumen/
to imperato:& annuo ſtipendio:ac ſingulis in militẽ tunicis:ad ſenatum pacis oratores miſſi.Corneli/
us in Samnio relictus.Martius de hernicis triumphans in urbẽ rediit:ſtatuaqꝫ equeſtris in foro decre/ Martii
ta eſt:quæ ante templũ Caſtoris poſita eſt.Hernicoꝝ tribus populis alatrinati uerulano ferentinati:qa ſtatua
maluerunt quam ciuitatẽ:ſuæ leges redditæ connubiũqꝫ inter ipſos:quod aliquãdiu ſoli hernicoꝝ ha ãte tem
buerunt:ꝑmiſſum:anagninis quiqꝫ arma romanis intulerãt:ciuitas ſine ſuffragii latione data cõſilia plũ Ca/
cõnubiaqꝫ adẽpta:& magiſtratibus ꝑterq̃ ſacroꝝ curatione interdictũ.Eodẽ anno ædes Salutis a.C.Iu ſtoris
nio Bubulco cenſore locata eſt:quã conſul bello ſamnitiũ uouerat:ab eodem collegaqꝫ eius.M.Vale/ Ciuitas
rio Maximo uiæ per agros publica impenſa factæ:& cum carthaginẽſibus eodẽ anno fœdus tertiũ re/ anagna
nouatum:legatiſqꝫ eorum:qui ad id uenerãt:comiter munera miſſa.Dictatorem idẽ annus habuit.P. nis ſine
Corneliũ Scipionem cũ magiſtro equitũ.P.Decio Mure:ab iis:propter quæ creati erant:comitia con/ ſuffra/
ſularia habita:qa neuter conſulũ potuerãt bello abeſſe:creati cõſules.L.Poſthumius.T. Minutius:hos gii latio
conſules Piſo.Qu.Fabio &.P.Decio ſuggerit:biẽnio exemplo:quo Claudiũ Volumniumqꝫ & Corne/ ne late
lium cũ Martio conſules factos tradidimus:memoriæ ne fugerit in annalibus digerendis:an conſulto data
binos conſules falſos ratus tranſcenderit:incertũ eſt Eodem anno in campũ ſtellatem agri cãpani ſam L.Poſt/
nitiũ in curſiones factæ:itaqꝫ ambo conſules in Samniũ miſſi cũ diuerſas regiones Tifernũ Poſthumi hũius
us.Bouianũ Minutius petiſſent.Poſthumii prius ductu ad Tifernũ pugnatum alii haud dubie ſamni T.Mi/
tes uictos:ac trigintamillia inde hoĩum capta tradunt:alii marte æquo diſceſſum & Poſthumiũ metũ nutius
ſimulantẽ nocturno itinere clam in montes copias adduxiſſe:hoſtes ſecutos duomillia inde locis mu/ conſ.
nitis & ipſos conſediſſe.Conſul ut ſtatiua tuta copioſaqꝫ:& ita erant:petiſſe uideretur:poſteaq̃ & muni

mētis caſtra firmauit:& omni apparatu reꝝ utilium īſtruxit:relicto firmo p̄ſidio uigilia tertia:qua du
ci proxime poteſt:expeditas legiōes ad collegā & ipſum aduerſus alios ſedētem ducit:ibi auctore Poſt
humio Minutius cū hoſtibus ſigna confert:& cū anceps ꝓlium in multū diei proceſſiſſet:ītegris legio
nibus defeſſam iam aciē hoſtium īprouiſo inuadit:itaq; cū laſſitudo ac uulnera fugā quoq; ꝓpediſſent
occiſi hoſtes:ſigna unū & triginta capta:atq; inde ad caſtra poſthumii perrectū:ibi duo uictores exerci/
tus ꝑculſum iam fama hoſtē adorti fundunt fugantq;:ſigna militaria ſex & uiginti capta:& imperator
ſamnitiū Statius Cellius multiq; alii mortales & caſtra utraq; capta:& Bouianū:ubi poſtero die cœptū
oppugnari:breui capitur:magnaq; gloria reꝝ geſtarum conſules triūpharuut.Minutiū cōſulem cum
uulnere graui relatū in caſtra mortuū quidam auctores ſunt:&.L.Fuluium ī locū eius ſuffectum:& ab
Bouia/ eo cum ad exercitum Minutii miſſus eſſet.Bouianū captum.Eodē anno Sora:Arpinum.Ceſſentia re
nū capi cepta ab ſamnitibus.Herculis magnū ſimulacrum in capitolio poſitū dedicatumq;.P.Sulpicio Auer/
tur.P. rione.P.Sempronio Sopho conſulibus.Samnites ſeu finem:ſeu dilationem belli quærentes legatos de
Sulpici pace Romā miſere:quibus ſuppliciter agentibus reſponſum eſt:niſi ſæpe bellū parantes pacem petiſ/
us.P.Sē ſent:ſamnites oratione ultro citroq; habita de pace trāſigni potuiſſe:nūc q̄ndo uerba uana ad id locoꝝ
proniuſ fuerint:rebus ſtandū eſſe.P.Semproniū conſulem cū exercitu breui in Sānio fore:eum ad bellū pacem
conſ. ue inclinēt animi falli nō poſſe:cōperta oīa ſenatui relatuꝝ:decedentē in Samnio conſulē legati ſeque/
rentur.Eo anno cū pacatum Samniū exercitus romanus benigne præbito cōmeatu ꝑagraſſet: fœdus
antiquum ſamnitibus redditū.Ad equos inde hoſtes cæteꝝ per multos annos ſub ſpecie infidæ pacis
quietos uerſa arma romana:quod in columi hernico noīe militauerant ſimul cū iis ſamniti auxilia:&
poſt hernicos ſubactos uniuerſa prope gens ſine diſſimulatione conſilii publici ad hoſtes deſciuerat:
& poſteaq̄ icto Romæ cū ſamnitibus fœdere fœciales uenerant res repetitū:tēptationem aiebant eſſe:
ut terrori incuſſo belli romanos ſe fieri paterētur:quod quantopere optandū foret:hernicos docuiſſe:
cū quibus licuerit:ſuas leges romanæ ciuitati præoptauerint:q̄bus legēdi:quid mallent copia nō fue/
rit:pro pœna neceſſariam ciuitatem fore.Ob hæc uulgo in conſiliis iactata populus romanus bellum
fieri Equis iuſſit:conſuleſq; ambo ad nouum profecti bellū quattuormilla caſtris hoſtiū conſederūt.
Equorum exercitus:ut qui ſuo noīe per multos annos imbelles egiſſent.tumultuario ſimilis ſine du/
cibus certis:ſine imperio trepidare:alii exeundū in aciem alii caſtra tuenda cenſent:mouet plæroſq; ua
ſtatio futura agroꝝ:ac deinceps cum leuibus præſidiis urbium relictaꝝ excidia:itaq; poſteaq̄ iter mul
tas ſententias una quæ omiſſa cura,cōium ad reſpectum ſuaꝝ quēq; rerum auertiſſet audita:ut prima
uigilia diuerſi e caſtris ad deportanda oīa tuendaſq; mœnibus ī urbes abirent:cuncti eam ſnīam īgen/
ti aſſenſu accepere.Palatis hoſtibus per agros prima luce romani ſignis prolatis in acie conſiſtūt:& ubi
nemo obuius ibat:pleno gradu ad caſtra hoſtiū tendunt cæterum poſteaquam nec ſtationes pro por/
tis:nec quēq̄ in uallo:nec fremitū conſuetum caſtroꝝ aīaduerterunt:inſolito ſilentio moti metu īſidia
rum ſubſiſtunt:tranſgreſſi deinde uallū:cum deſerta oīa inueniſſent:ꝑgūt hoſtem ueſtigiis ſequi : ſed
ueſtigia in oēs æque ferentia partes ut in dilapſis paſſim primo errorē faciebant:poſt per exploratores
Vnū & comptis hoſtiū conſiliis ad ſingulas urbes circūferendo bello unum &.xxx.oppida intra dies.l.oīa op/
xxx.e/ pugnando ceperunt: quoꝝ pleraq; ditura atq; incenſa nomenq; equoꝝ prope ad internitionē deletū:
quoꝝ de equis triumphatum:exemploq; eoꝝ clades fuit:ut marrucini:marſi:peligni:ferentini mitterēt Ro/
oppida mam oratores pacis petentæ amicitiæq;:iis populis fœdus petentibus datū.Eo anno.C.Flauius.Gn.fi
C.Fla/ lius Scriba patre libertino humili fortuna ortus:cæteꝝ callidus uir & facundus ædilis curulis fuit.In/
uii acta uenio in q̄buſdā annalibus cum appareret ædilibus:fieriq; ſe pro tribuno ædilē uideret:neq; eius acci/
pi nomen quod ſcriptū faceret tabulā poſuiſſe & iuraſſe ſe ſcriptū non facturum : quē aliquanto antea
deſiſſe ſcriptum facere arguit Macer Licinius:tribunatu ante geſto triūuiratibuſq; nocturno altero:al/
tero coloniæ deducendæ:Cæteꝝ id quod haud diſcrepat:contumacia aduerſus contēnentes humili/
tatem ſuā nobiles certauit:ciuile ius repoſitum in penetralibus pontificū euulgauit:faſtos circa forum
in albo ꝓpoſuit:ut q̄ndo lege agi poſſet ſciretur: ædē Concordiæ in area Vulcani ſumma īuidia nobi
lium dedicauit:coactuſq; conſenſu populi Cornelius barbatus pontifex maximus uerba præire:cum
more maioꝝ negaret niſi conſulem:aut imperatorē poſſe templum dedicare.Itaq; exauctoritate ſena/
tus latum ad populū eſt:ne quis templum aramue iniuſſu ſenatus aut tribunorum plebis partis ma/
ioris dedicaret.Haud memorabilē rem per ſe niſi documentū ſit:aduerſus ſuperbiā nobiliū plebeiæ
Hoc fal libertatis referam.Ad collegā ægrū uiſendi cā Flauius cū ueniſſet : cōſenſuq; nobiliū adoleſcentiū:qui
ſum ſi ibi aſſidebāt: aſſurrectū ei non eſſet:curulem afferri ſellam eo iuſſit:ac ſede honoris ſui anxios inuidia
Plynio inimicos ſpectauit.Cæteꝝ Flauium dixerat ædilē forenſis factio.Ap.Claudii cenſura uires nacta:q ſe/
credi/ natum prius libertinoꝝ filiis lectis inquinauerat:& poſteaq̄ eam lectionem nemo ratā habuit:nec in
mus q curia adeptus erat:quas petierat opes urbanas:humilibus per oēs tribus diuiſis foꝝ & campum corru
negat pit:tantūq; Flauii comitia indignitatis habuerunt:ut plæriq; nobilium aureos annulos:& phaleras de
ānulos ponerent.Ex eo tempore in duas partes diſceſſit ciuitas:aliud integer populus fautor & cultor bono/
aureos rum:aliud forenſis factio tenebat:donec.Q.Fabius:&.P : Decius cenſores facti . Fabius ſimul concor/
tū ī fre/ diæ cauſa ſimul ne humillimorum ī manu comitia eſſent:omnem forēſem turbam excretam ī quat/
quenti tuor tribus coniecit:urbanaſq; eas appellauit:adeoq; eam rem acceptam gratis animis ferunt:ut Ma/
uſu fuiſ ximi cognomen quod tot uictoriis non peperat:hac ordinum temperatione pararet.Ab eodem inſti/
ſe tutum dicitur:ut equites idibus quintilibus tranſueherentur.

# TITI LIVII PATAVINI HISTORICI AB VRBE CONDITA. LIBER DECIMVS.

LVCIO GENVCIO Ser.Cornelio conſulibus ab externis ferme bellis C.Ge/
otiũ fuit.Sora atq; Alba coloniæ deductæ:Albã in equos ſexmillia collo nutius
nõꝝ ſcripta:Sora agri uolſci fuerat:ſed poſſederant ſamnites: eo q̃ttuor Ser.cor
millia hoíum miſſa.Eodẽ ãno arpinatibus trebulaniſq; ciuitas data fru/ nelius
ſinates tertia pte agri dãnati:qđ hernicos ab eis ſollicitatos cõpertũ:capi/ conſ.
taq; cõiurationis eius q̃ſtiõe ab cõſulibus ex ſenatuſcõ.habita: uirgis cæſi: Alba in
ac ſecuri pcuſſi.Tamẽ ne pſus ĩbellẽ gererẽt annum:parua expeditio in equis
Vmbria iacta ẽ qđ nũciabaẽ ex ſpelũca q̃dã excurſiões armatoꝝ ĩ agros
fieri.In eã ſpelũcã penetratũ cũ ſignis eſt:& ex eo loco obſcuro multa uul
nera accepta maxieq; lapidũ ictu: donec altero eius ſpecus ore: nã puius
erat:ĩ uẽto utræq; fauces cõgeſtis lignis accẽſæ.Ita ĩtus fumo ac pauoꝛ ad
duomillia armatoꝝ ruẽtia nouiſſime ĩ ipſas flamas:dũ euadeꝛ tẽptãt:ab
ſumpta.M.Liuio:&.Q.Aemylio cõſ.redĩtegratũ eqtũ bellũ.Coloniã eq M.Li/
ægre patiẽtes uelut arcẽ ſuis finibus ĩpoſitã ſũma ui expugnare adorti ab ipſis colonis pelluntꝛ: cæterũ uio.Q.
tãtũ romæ terrorẽ fecerũt:qa uix credibile erat tã affectis rebus ſolos p ſe equos ad bellũ coortos:ut tu/ Aemy/
multus eius cã dictator diceretꝛ.C.Iunius bubulcũ.M.Titinio mgr̃o eqtũ pfectus prio cõgreſſu equoſ lius cõſ.
ſubegit:ac die octauo triũphãs ĩ urbẽ cũ ređiſſet:ædẽ ſalutis:quã cõſul uouerat:cẽſor locauerat: dictatoꝛ

Eodẽ ãno claſſis græcoꝝ Cleonymo duce lacedæmõio ad Italiæ littora appulſa Thuri/ (dedicauit.
as urbẽ in ſalẽtinis cepit.Aduerſus hũc hoſtẽ cõſul Aemylius miſſus p̃lio uno fugatũ cõpulit in naues.
Thuriæ redditæ ueteri cultori Salẽtinoq; agro pax parta.C.Iuniũ bubul.dictatorẽ miſſum ĩ ſalẽtinos Thurie
in q̃buſdã annalibus ĩuenio:& Cleonymũ prius:quã cõfligẽdũ eẽt cũ romanis:italia exceſſiſſe:circũue/
ctus ĩde brũduſii pmõtoriũ medioq; ſinu hadriatico uentis latus:cũ leua ĩportuoſa italiæ littora: dex/
tera illyrici liburniq; & iſtri gẽtes fere &magna ex pte latrociniis maritimis ĩfames terrerẽt:penitus ad
littora uenetoꝝ puenit.Ibi expoſitis paucis :q loca explorarẽt:cũ audiſſet tenue ita ptentũ littus eẽ:qđ
trãgreſſus ſtagna ab tergo ſint irrigua æſtibus maritimis:agros haud pcul đximos cãpeſtres cerni:ul
teriora colles uideri eẽ hoſtiũ p̃alti fluminis:quo circũagi naues in ſtationẽ tutã uidiſſe:meduacus ãnis Medua
erat:eo ĩuectã claſſem ſubire flumĩe aduerſo iuſſit.Grauiſſimas nauiũ nec ptulit alueus fluuii:& leuio/ cus
ra nauigia trãſgreſſa multitudo armatoꝝ ad freq̃ntes agros tribus maritimis patauinoꝝ uicis colẽtibꝫ
eã horã puenit.Ibi egreſſi leui p̃ſidio nauibus relicto uicos ui expugnãt:ĩflamãt tecta:hoíum pecudũq;
p̃das agũt:& dulcedĩe p̃dãdi lõgius uſq; a nauibus pcedũt.Hæc ubi Patauiũ ſunt nũciata ſemp aũt eos
in armis accolæ galli habebãt:in duas ptes iuuẽtutẽ diuidũt:altera ĩ regionẽ:q̃ effuſa populatio nũcia/
baẽ:altera ne cui p̃donũ obuia fieret:altero itinere ad ſtationẽ nauiũ:millia aũt.xiiii.ab oppido aberant
ducta.In naues paruas ignaris cuſtodibus ĩterẽptis repẽtinus ĩpetus factus:territiq; nautæ coguntꝛ na/
ues in alterã ripã amnis traiicere:& ĩ terra pſpeꝝ æque in palatos p̃datores prælium fuerat:refugiẽti/
buſq; ad ſtationẽ græcis ueneti obſiſtunt.Ita in medio circũuenti hoſtes cæſiq;:pars capti claſſem indi/
cat:regẽq; Cleonymũ triamillia abeſſe.Ibi captiuis pximo uico in cuſtodiã datis:pars fluuiatiles naues
ad ſupanda uada ſtagnoꝝ apte planis alueis fabricatas:pars captiua nauigia armatis cõplent: pfectiq;
ad claſſem ĩmobiles naues & loca ignota pluſq̃ hoſtem timentes circũuadunt:fugienteſq; in altum:ac
nuſq̃ repugnantes uſq; ad hoſtiũ amnis pſecuti:captis q̃buſda incenſiſq; nauibus hoſtiũ:quas trepida/
tio in uada intulerat:uictores reuertuntꝛ.Cleonymus uix q̃nta parte nauiũ incolũi:nulla regione ma/ Cleony
ris hadriatici proſpere adita diſceſſit roſtra nauiũ ſpoliaq; græcoꝝ in æde Iunonis uetere fixa multi ſu/ muſ q̃n
perſunt:q uiderunt.Patauii monumentũ naualis pugnæ eo die quo pugnatũ eſt:quot ãnis ſolẽni cer/ ta parte
tamine nauiũ in flumĩe oppidi medio exercetꝛ:Eodẽ ãno romæ cũ ueſtinis petẽtibus amicitiã ictum ẽ nauiũ
fœdus.Multiplex deĩde exortus terror Ethruriã rebellare ab arretinoꝝ ſeditiõibus motu orto nũcia/ amiſſa
baẽ:ubi ciuiũ liciniũ genus p̃potẽs diuitiaꝝ ĩuidia pelli armis cœptũ:ſimul marſoꝝ agrũ ui tueri:ĩ quẽ abiis
colonia Carſeoli deducta erat q̃ttuor millibus hoíum ſcriptis.Itaq; pp eos tumultus dictus.M.Vale/ Carſeo
rius Max dictator mgr̃um eqtum ſibi legit.M.Aemyliũ Paulũ:id magis credo quã.Q.Fabiũ ea ætate
atq; eis honoribus Valerio ſubiectũ:cæteꝝ ex maximi cõmuni cognomĩe ortũ errorẽ haud abnuerim
Profectus dictator cũ exercitu p̃lio uno marſos fudit:cõpulſis deĩde ĩ urbes munitas Miloniã:Pliſtiam
Freſiliã ĩtra paucos dies cepit:& parte agri mulctatis marſis fœdus reſtituit. Tum ĩ ethruſcos uerſum
bellũ.Cũ dictator auſpicioꝝ repetundorũ cã pfectus romã eẽt:magiſter eqtũ pabulatũ egreſſus ẽ inſi/
diis circũueniẽ:ſigniſq; aliquot amiſſis fœda militũ cæde ac fuga ĩ caſtra ẽ cõpulſus:q terror nõ eo tãtũ
a Fabio abhorret:qđ ſiqua alia pte cognomẽ ſuũ æq̃uit:tũ maxime bellicis laudibus:ſed ẽt qđ memor
papyrianæ ſæuiciæ nũq̃:ut dictatoris iniuſſu dimicaret:adduci potuiſſet.Nũciata ea clades Romã ma/
iorẽ:quã res erat:terrorẽ exciuit:nã ut exercitu deleto:ita iuſticiũ ĩdictũ:cuſtodiæ ĩ portis uigiliæ uica/
tim exactæ:arma tæla ĩ muros cõgeſta.Oĩbus iunioribus ſacramẽto adactis: dictator ad exercitũ miſ/
ſus oĩa ſpe trãq̃lliora & cõpoſita magiſtri eqtũ cura:caſtra ĩ tutiorẽ locũ redacta:cohortes: q̃ ſigna/ ami
ſerãt: extra uallũ ſine tẽtoriis deſtitutas ĩuenit exercitũ auidũ pugnæ:quo maturius ignominia abole/
retꝛ.Itaq; cõfeſtim inde in agrũ ruſellanũ caſtra pmouit: eo & hoſtes ſecuti q̃q̃ ex bene geſta re ſummã
in aperto certamine uirium ſpem habebant:tamen inſidiis quoq;:quas feliciter experti erant: hoſtem

tēptant.Tecta ſemiruta:uici ꝑ uaſtationē agroꝝ deſtituti haud ꝓcul caſtris romanorū aberāt:ibi ab-
ditis armatis pecus in cōſpectu p̄ſidii romani:cui p̄erat.C.Fuluius legatus: ꝓpulſum:ad quā illecebrā
cū cōmoueret nemo ab romana ſtatiōe:paſtoꝝ unus ꝓgreſſus ſub ipas munitiōes iclamat alios cūctā
cter ab ruinis uici pecus ꝓpellētes:qd ceſſarēt:cū ꝑ media caſtra romana tuto agere poſſent? Hæc cū le
gato cærites qdā iterp̄tarenť:& ꝑ oēs militū māipulos igens eēt idignatio:nec tamē i iuſſu mouere ſe
auderēt:iubet pitos līgue attēdere aīum paſtoꝝ:ſermo agreſti an urbano ꝓpior eēt.Cū referrēt ſonū
linguæ:& corpoꝝ habitū:& nitorē cultiora:quā paſtoralia eē:ite igiť:dicite inqt:detegāt neqcq̄ cōditas
iſidias oīa ſcire romanū:nec magis iā capi dolo:quā armis uinci poſſe.Hæc ubi audita ſunt:& ad eos:q
cōſederāt in iſidiiſ:plata:cōſurrectū repēte ex latebris ē:& in patētē ad cōſpectū undiqꝫ cāpū ꝓlata ſigna
uiſa legato maior acies:quā q̄ ab ſuo p̄ſidio ſuſtineri poſſet:itaqꝫ ꝓpere ad dictatorē auxilia accitū mit-
Eluſæ hoſtiū inſidiæ — tit:iterea ipſe ipetum hoſtiū ſuſtinet.Nuncio allato dictator ſigna ferri ac ſequi armatos iubet ſed cele-
riora ꝓpe oīa iperio erāt:rapta extēplo ſigna armaqꝫ:& uix ab ipetu & curſu tenebanť:cū ira ab accepta
nuper clade ſtimulabat:tum cōcitatior accedēs clamor ab icreſcēte cretamine:urgēt itaqꝫ alii alios:hor
tanturqꝫ ſigniferos:ut otius eant:quo magis feſtinātes uidet dictator:eo ipenſius retētat agmē:ac ſen-
ſim icedere iubet.Ethruſci cōtra pricipio exciti pugnæ oībus copiis aderāt:& ſuꝑ alios alii nunciāt di-
ctatori oēs legiōes ethruſcoꝝ capeſſiſſe pugnā:neqꝫ iā ab ſuis reſiſti poſſe:& ipſe cernit ex ſuꝑiore loco
in q̄to diſcrimīe p̄ſidiū eēt:cæteꝝ ſatis frætus eſſe ēt nūc tolerādo certamini legatū:nec ſe ꝓcul abeſſe
ꝑiculi uindicē:quā maxime uult fatigari hoſtē:ut itegris adoriať uiribus feſſos:qq̄ lente ꝓcedūt:iā ta-
men ad impetū capiendū equiti utiqꝫ moidcū erat ſpaciū:prima icedebāt ſigna legionū:neqd occultū
aut repētinū hoſtis timeret:ſed reliqrat iterualla iter ordines peditū:q̄ ſatis lato ſpatio equi p̄mitti poſ
ſent.Pariter ſuſtulit clamorē acies:& emiſſus eques libero curſu i hoſtē inuehiť:incōpoſitiſqꝫ aduerſus
equeſtrē ꝓcellā ſubitū pauorē effundit.Itaqꝫ ut ꝓpe ſerum auxilium iam pene circūuentis:ita uniuer-
ſa reqes data eſt.Integri accepere pugnā:nec ea ipſa lōga aut anceps fuit.Fuſi hoſtes caſtra repetūt:iferē-
tibuſqꝫ iam ſigna romanis cedūt:& in ultima caſtroꝝ parte cōglobanť:hærent fugiētes i anguſtiis por
tarum:pars magna uallum aggeremqꝫ cōſcendunt:ſi aut ex ſuꝑiore loco tueri ſe:aūt ſuperare aliqua &
euadere poſſent.Forte quodam loco male denſatus agger pōdere ſupra ſtantium in foſſam ꝓcubuit:
atqꝫ ea cum deos pandere uiam fugæ cōclamaſſent:plures inermes:quā armati euadunt.Hoc p̄lio fra-
ctæ iteꝝ ethruſcoꝝ uires:& pacto ānuo ſtipēdio:& duū mēſium frumento imperato ꝑmiſſūm ab di-
ctatore:ut de pace legatos mitterēt Romā:pax negata:induciæ biēnii datæ:dictator triumphans in ur
bem rediit.Habeo auctores ſine ullo memorabili prælio pacatam ab dictatore Ethruriā eē ſeditioni-
bus tantū arretinoꝝ cōpoſitis:& licinio genere cum plebe in gratiam reducto.Conſulem ex dictatu-
M.Va-riuſ.Q. Apule-ius coſ. — ra factū.M.Valerium non petentē:atqꝫ adeo abſentem ēt creatum credidere quidā:& ꝑ interregem ea
comitia facta:id unū non ambigitur cōſulatū cū Apuleio Panſa geſſiſſe:M.Valerio &.Qu.Apuleio cō
ſulibus:ſatis pacatæ res foris fuere:ethruſcum aduerſa belli res:& induciæ quietū tenebant:ſamnitem
multoꝝ ānorū cladibus domitum haud dū fœderis noui pœnitebat:romæ quoqꝫ plebē quietam &
exoneratā deducta in colonias multitudo p̄ſtabat:tamē ne,undiqꝫ tranqllæ res eſſent:certamē icœptū
inter primores ciuitatis patritios plebeioſqꝫ ab tribunis plebis.Qu.&.Gn.Oguiniis qui undiqꝫ crimi
nandoꝝ patrum aqud plebē occaſionibus quæſitis:poſteaq̄ alia fruſtra tēptata erant eā actionem ſuſce
perunt:qua non infimā plebem accenderent:ſed ipſa capita plebis conſulares triumphaleſqꝫ plebeios:
quoꝝ honoribus nihil præter ſacerdotia:quæ nondū ꝓmiſcua erant:deeſſet.Rogationē quoqꝫ ꝓmul
garunt:ut cū quattuor augures:quattuor pontifices:ea tēpeſtate eſſent:placeretqꝫ auguri ſacerdotū nu
meꝝ quattuor pontifices quinqꝫ augures de plebe oēs allegerētur.Quēadmodum ad quattuor augu-
rum numeꝝ:niſi morte duoꝝ id redigi collegiū potuerit:non inuenio:cū inter augures conſtet impa
rem numeꝝ debere eſſe:ut tres antiquæ tribus ramnēſes:titienſes:luceres ſuum quēqꝫ augurē habeāt
Nume-rus pō-tificū & augurū auctus — aut ſi pluribus ſit opus:pari inter ſe numero ſacerdotes multiplicent:ſicut multiplicati ſunt cū ad quat
tuor quinqꝫ adiecti nouem numeꝝ ut terni in ſingulas eſſent:expleuerunt.Cæteꝝ quia de plebe alle-
gebantur:iuxta eā rem ægre paſſi patres:quā cum conſulatum uulgari uiderent:ſimulabāt ad deos id
magis:quā ad ſe pertinere:ipſos uiſuros ne ſacra ſua polluantur:id ſe optare tantū:ne qua in rēp.clades
ueniat.Minus aūt tetendere aſſueti iam tali genere certaminū uinci:& cernebant aduerſarios non id:
quod olim uix ſperauerint:affectantes magnos honores:ſed oīa iam:in quoꝝ ſpem dubiam erat cer-
tatū:adeptos multiplices conſulatus cenſuraſqꝫ & triūphos.Certatū tamē ſuadenda diſſuadendaqꝫ le-
ge inter.Ap.Claudiū maxime ferunt:& inter Publiū Decium Murem:qui cū eadem ferme de iure pa-
trū ac plebis quæ pro lege licinia quondā:contraqꝫ eam dicta erant:cū plebeiis conſulatus rogabať:diſ-
ſeruiſſet:retuliſſe dicitur Decius parentis ſui ſpeciē:qualem eum multi:qui in concione erant:uiderāt
incinctum gabino cultu ſuper telum ſtantē:quo ſe habitu pro populo ac legionibus romanis deuouiſ-
ſet:tum.P.Decium conſulē purum piumqꝫ diis imortalibus uiſum æque ac ſi.T.Manlius collega eius
deuoueretur eundē.P.Decium:qui ſacra publica Po.Ro.faceret:legi rite non potuiſſe.Id eſſe pericu-
lum:ne ſuas p̄ces minus audirent dii:quam.Ap.Claudii?caſtius eum ſacra priuata facere:& religioſius
deos colere:quam ſe?quē pœnituere uotoꝝ:quæ pro republica nuncupauerint tot cōſules plebeii:tot
dictatores:aut ad exercitus euntes:aut inter ipſa bella?Numerarenť duces eoꝝ annorū:quibus plebe-
iorum ductu & auſpitio res geri cœptæ ſunt:numerarenť triumphi:iam ne nobilitatis quidē ſuæ ple-
beios pœnitare:pro certo habere:ſi quod repens bellū oriatur:non plus ſpei fore ſenatui populoqꝫ ro-

*ĩſignia magi′ ſtratuũ*

mano in patritiis:quã in plebeiis ducibus Quod cũ ita ſe habeat:cui deorum hoĩumue indignũ uideri
poteſt:inq̃t:eis uiris : quos uos ſellis curulibus toga prætexta:tunica palmata:& toga picta:& corona
triũphali laureaq; honoraretis:quoꝝ domos ſpoliis hoſtium affixis ĩſignes inter alias feceritis:pontifi
cália atq; auguralia ĩſignia adiicere? Qui Iouis optimi maximi ornatu decoratus curru aurato ꝑ urbẽ
uectus in capitoliũ aſcẽderit:is cõſpiciatur cum capſide:ac lituo capite uelato:uictimã cædet auguriũue
ex arce capiet:cuius imaginis titulo conſulatus cẽſuraq; & triũphus æquo aĩo legetur:ſi auguratũ aut
pontificatũ adieceritis:nõ ſuſtinebunt legẽtium oculi? eq̃dem pace dixerim deum eos nos iã populi ro
mãi beneficio eſſe ſpero:q̃ ſacerdotiis nõ minus reddamus dignatiõe noſtra honores:quã acceperimus
& deorũ magis:quam noſtra cauſa expetamus:ut quos priuatim colimus:publice colamus. Quid aũt
ego ſic adhuc egi tãq̃ ĩtegra ſit cauſa patritioꝝ de ſacerdotiis & nõ nos iam ĩ poſſeſſione unius ampliſſi
mi ſimus ſacerdotii? decẽuiros ſacris faciũdis carminũ Sibyllæ ac factorũ populi huius ĩterpretes anti
ſtites eoſdẽ Apollinis ſacri cerimoniarũq; aliaꝝ plebeios uidemus:nec ut tũ patritiis ulla iniuria facta ẽ
cum duũuiris ſacris faciundis adiectus eſt ꝓp plebeios numerus;& nunc tribunus uir fortis ac ſtrenuus
quinq; auguꝝ loca quattuor pontificũ adiecit:ĩ quæ plebeii nominent̃:nõ ut uos Appi ueſtro loco pel
lant:ſed ut adiuuẽt uos hoĩes plebeii diuinis quoq; rebus ꝓcurandis:ſicut in cæteris humanis ꝓ parte
uirili adiuuãt. Noli erubeſcere Appi collegã in ſacerdotio habere:quẽ ĩ cenſura:quẽ in cõſulatu collegã
habere potuiſti:cuius tam dictatoris magiſter eq̃tum:quã magiſtri eq̃tum dictator eſſe potes:Sabinũ

*Qui primi e plebe mgr̃ato adierit*

aduenam principẽ nobilitatis ueſtræ ſeu. Ap. Clauſum:ſeu. Ap. Claudiũ mauultis:illi antiqui patritii ĩ
ſuũ numerum acceperunt : ne faſtidieris nos in ſacerdotũ numerum accipere:multa nobis cũ decora
afferimus:ĩmo oĩa eadem:quæ uos ſuperbos fecerũt. Sextius primus de plebe cõſul ẽ factus. Claudius
licinius Stolo prius magiſter eq̃tũ. C. Martius Rutilius primus & dictator & cenſor. Qu. Publius Phi
lo primus prætor. Semper iſta audita ſunt eadem penes uos auſpicia eẽ:uos ſolos gentes habere:uos ſo
los iuſtũ imperium auſpicium domi militiæq; quin adhuc plebeium proſperum:& patricium fuit:
porroq; erit. En unq̃ fando audiſtis patricios primo eſſe factos non de cælo demiſſos? ſed q̃ patrẽ ciere
auumq; poſſent:ideſt nihil ultra quam ingenuos:conſulem iam patrem ciere poſſum:auumq; iam po
terit filius meus nihil eſt aliud in re quirites:niſi ut oĩa negata adipiſcamur:certamen tantum patricii
petunt:neq; curant:quem euentum certaminũ habeant. Ego hanc legem:quod bonũ fauſtum felixq;
ſit uobis ab reip. uti rogaſtis:ſubeundam cẽſeo. Vocare tribus extemplo populus iubebat:apparebatq;
accipi legem:ille tamẽ dies eſt ĩterceſſione ſublatus. Poſtero die deterritis tribunis:ĩgenti cõſenſu acce
pta eſt. Pontifices creant̃ ſuaſor legis. P. Decius Mus. P. Sempronius Sophus: Claudius Martius Ruti

*Primi e plebe põtifi ces & augu res facti*

lius. M. Liuius Denter. Quinq; augures itẽ de plebe Claudius Genutius. P. Elius Pætus. M. Minutius
Feſſus. Cl. Martius. T. Publius. Ita octo põtificũ nouẽ augurũ numerus factus. Eodẽ ãno Martius Vale
rius cõſul de ꝓuocatione legẽ tulit diligẽtius ſanctã:Tertio ea tum poſt reges exactos lata eſt ſemꝑ a fa
milia eadẽ cãm renouãdæ ſæpius haud aliã fuiſſe reor:quã q̃d plus paucoꝝ opes:quam libertas plebis
poterãt. Portia tamẽ lex ſola ꝓ tergo ciuiũ lata uidet̃:q̃d ea grauis pœna:ſiq̃s uerberaſſet:necaſſet:ut ci

*Lex portia lex ualeria*

uem romanũ ſanxit:ualeria lex cũ eum:q̃ ꝓuocaſſet:ũrgis:cædi ſecuriq; necari uetuiſſet: ſiq̃s aduerſus
ea feciſſet:nihil ultra:quã ĩprobe factũ adiecit:id q̃ tum pudor hoĩum erat:uiſum credo uĩculũ ſatis ua
lidum legis:nũc uix ſeruo ſuo ita minet̃ quiſq̃:Bellũ ab eodẽ cõſule haud quaq̃ memorabile aduerſus
rebellãtes equos:cũ p̃ter aĩos feroces nihil ex antiq̃ fortuna haberẽt:geſtũ ẽ. Alter cõſul Apuleius ĩ Vm

*Neuq′nũ ubi nũc narnia*

bria Nequinũ oppidũ circũſedit:locus erat arduus atq; ĩ parte una p̃ceps:ubi nũc Narnia ſita eſt:nec ui
nec munimẽto capi poterat:itaq; eã ĩfectã rem. M. Fuluius pætus. T. Mãlius Torq̃tus noui cõſules acce
perũt. In eũ annũ cũ Fabiũ cõſulẽ nõ petentẽ oẽs dicerẽt cẽturiæ:ipm auctorẽ fuiſſe Macer Licinius:ac

*M. Fuluius. T. Mãlius conſ.*

Tubero tradũt differẽdi ſibi cõſulatus in bellicoſiorẽ annũ:eo ãno maiori ſe uſui reipu. fore urbano ge
ſto magiſtratu:ita nec diſſimulantẽ:quid mallet:nec petentẽ tamen ædilem curulem cum. L. papyrio
Curſore factum. Id ne pro certo ponerem:uetuſtior annalium auctor Piſo effecit:qui eo ãno ædiles cu
rules fuiſſe tradit. Cl. Domicium. Gn. F. Caluinum:&. Sp. Caruilium. Qu. F. Maximũ:id credo cogno
men errorem in ædilibus feciſſe:ſecutamq; fabulam mixtam ex ædilitiis & cõſularibus comitiis cõue
nientem errori. Et luſtrũ eo anno conditum a. P. Sulpitio Sopho &. P. Sempronio Auerriõe cẽſoribus:
tribuſq; additæ duæ anienſis & terentina. Hæc Romæ geſta:cæterum ad Nequinum oppidum cum
ſegni obſidione tp̃s tereretur:quo ex oppidanis:quoꝝ erant ædificia iuncta muro:ſpecu facto ad ſtatio
nes romanas itinere occulto perueniunt:inde ad cõſulem deducti præſidium armatũ ſe ĩtra mœnia &
muros accepturos confirmant. Nec aſpernanda res uiſa neq; ĩcaute credenda:cum altero eorum (nã al
ter obſes retentus) duo exploratores per cuniculum miſſi:per quos ſatis cõperta re trecenti armati trãſ
fuga duce in urbem ingreſſi nocte portam:quæ proxima erat:cepere:qua refracta cõſul exercituſq; ro

*Narnia unde dĩcta*

manus ſine certamine urbem inuaſere. Ita Nequinũ in dicionem populi romani uenit colonia eo ad
uerſus umbros miſſa a nare flumine Narnia appellata:exercitus cum magna præda Romã reductus.

Eodem anno ab Ethruſcis aduerſus ĩducias paratũ bellũ ſed eos alia moliẽtes gallorũ ĩgẽs exercitus
fines ĩgreſſus pauliſꝑ a ꝓpoſito auertit:pecunia deĩde:qua multũ poterãt fræti:ſocios ex hoſtibus face
re gallos conãt̃:ut eo adiuncto exercitu cũ romanis bellarẽt:de ſocietate haud abnuũt barbari de mer
cede agit̃:qua pacta acceptaq; cũ parata cætera ad bellum eſſent:ſequiq; ethruſcus iuberet:inficias eunt
mercedem ſe belli romanis ĩferẽdi pactos:quicq̃d acceperint accepiſſe:ne agrũ ethruſcum uaſtarent:ar
miſq; laceſſerẽt cultores:militaturos tamẽ ſe:ſi utiq; ethruſci uelint:ſed nulla alia mercede:quã ut ĩ par

tem agri accipiantur:tandẽq; aliqua ſede certa conſiſtant.Multa de eo cõſilia populorum Ethruriæ ha
bita:nec pfici quicq̃ potuit:nõ tam q̃a iminui agrũ:quã q̃a accolas ſibi q̃ſq; adiũgere tam efferatæ gen/
tis homines horrebat.Ita dimiſſi galli pecuniã igentẽ ſine laborẽ ac piculo paratã rettulerũt. Romæ ter
rorem pbuit fama gallici tumultus ad bellum ethruſcũ adiecti:eo minus cõctáter foedus ictũ cũ piceti
T.Man populo eſt.T.Manlio cõſuli Ethruria ꝓuincia ſorte euenit:q̃ dum uix igreſſus hoſtiũ fines cũ exercere
lii cõſu/ tur iter eq̃tes ab rapido curſu circũagẽdo equo effuſus extẽplo ꝓpe expirauit:tertiuſ ab eo cáu dies finis
lis exitꝰ uitæ cõſuli fuit.Quo uelut omine belli accepto deos ꝓ ſe cõmiſiſſe bellũ memorãteſ ethruſci ſuſtulere
aĩos.Romæ cũ deſiderio uiri tum incõmoditate tp̃is triſtis nũcius fuit:ut patres ab iubendo dictatore
M.Va/ cõſulis ſubrogãdi comitia ex ſñia principum habita deterruerit.M.Valeriũ cõſulẽ: oẽs ſñiæ cẽturiæq;
lerius dixere:quẽ ſenatus dictatorẽ dici iuſſurus fuerat:tum extẽplo in Ethruriã ad legiões ꝓficiſci iuſſit: ad/
conſ. uentus eius cõpreſſit ethruſcos adeo:ut nemo extra munimẽta egredi auderet:timorq; obſidioni ſimi
lis eẽt:neq; illos nouus cõſul uaſtãdis agris urẽdiſq; tectis:cũ paſſim nõ uillæ ſolũ:ſed frequẽtes quoq;
uici icendiis fumarẽt ad certamen elicere potuit.Cum hoc ſegnius bellũ opinione eẽt:alterius belli q̃d
multis iuicem cladibus haud imerito terribile erat:fama picẽtium ſocioꝝ nouoꝝ idicio exorta ẽ:ſam/
nites arma & rebellionem ſpectare:ſeq; ab iis ſollicitatos eſſe.Picentibus gratiæ actæ:& magna pars cu
ræ patribus ab Ethruria in ſamnites uerſa eſt.Caritas ẽt annonæ ſollicitam ciuitatẽ habuit: uẽtumq;
ad inopiæ ultimũ foret:ut ſcripſere:q̃bus ædilẽ fuiſſe eo anno Fabiũ Maximũ placet: ni eius uiri cura:
qualis in bellicis rebus multis tẽpeſtatibus fuerat:talis domi tum i ãnonæ diſpẽſatione pparãdo ac cõ/
uehendo frumẽto fuiſſet.Eo anno nec tradit̃ cã iterregnũ initum:iterreges fuere.Ap.Claudius deĩde.
L.Cor/ P.Sulpicius:is comitia cõſularia habuit:creauit.L.Corneliũ Scipionẽ:&.Gn.Fuluium cõſules.pricipio
nelius huius ãni horatores lucanoꝝ ad nouos cõſules uenerãt q̃ſtũ:q̃a cõdicionibus plicere ſe neq̃rĩt ad ſocie
Scipio. tatẽ armoꝝ ſamnites iſeſto exercitu igreſſos fines ſuos uaſtare:belloq; ad bellũ cogere: lucano populo
Gn.Ful ſatis ſupq; erratũ quondã:nũc ita obſtinatos aĩos eẽ:ut oĩa ferre ac pati tolerabilius ducant:quã ut unq̃
uius cõ. poſtea nomẽ romanũ uiolẽt.Orare p̃res ut & lucanos ifidẽ accipiant:& uim atq; iniuriã ab ſe ſamnitiũ
arceãt.Se q̃q̃ bello cũ ſamnitibus ſuſcepto neceſſaria iã facta aduerſus romanos fides ſit:tamen obſides
dare paratos eẽ.Breuis conſultatio ſenatus ad unũ oẽs iungendũ fœdus cũ lucanis:reſq; repetendas ab
ſamnitibus cenſent.Benigne reſponſum lucanis:ictumq; fœdus.Foeciales miſſi: qui ſamnitem dece/
dere agro ſociorum:ac deducere exercitum finibus lucanis iuberent:quibus obuiam miſſi ab ſamniti/
bus:qui denunciarent:ſiquod adiſſent in Samnio concilium:haud inuiolatos habituros.Hæc poſtea/
quã audita ſunt Romæ bellum ſamnitibus & patres cenſuerunt:& populus iuſſit:conſules inter ſe ꝓ/
Ethru/ uincias partiti ſunt:Scipioni Ethruria:Fuluio ſamnites obuenerunt:diuerſi ad ſuum quiſq; bellũ pro/
ſci ad ficiſcũt.Scipioni ſegne bellũ & ſimile prioris ãni militiæ expectãti hoſtes ad Volaterras iſtructo agmi
uolate/ ne occurrũt:pugnatũ maiore parte diei magna utrinq; cæde:nox icertis:qua data uictoria eẽt iteruẽit.
raſ uicti Lux iſequens uictorẽ:uictumq; oſtẽdit:nã ethruſci ſilentio noctis caſtra reliquerũt:romanus egreſſus
in aciẽ:ubi ꝓfectione hoſtiũ cõceſſam uictoriã uidet: ꝓgreſſus ad caſtra uacuis cũ plurima p̃da:nã & ſta
tiua trepide deſerta fuerant:potit̃: ĩde in faliſcũ agrum copiis reductis: cũ impedimenta Faleriis cum
modico præſidio reliq̃ſſet:expedito agmine ad populandos hoſtiũ fines intẽdit oĩa ferro igniq; uaſtãt
prædæ undiq; actæ:nec ſolũ mõ uaſtatũ hoſti relictũ:ſed caſtellis ẽt uiciſq; illatus ignis:urbibus oppu/
gnandis tẽpeſtatum:in quas timor ethruſcos cõpulerat.Gn.Fuluii cõſulis clara pugna in Sãnio ad Bo
uianum haud quaq̃ ambiguæ uictoriæ fuit:Bouianũ ĩde aggreſſus nec ita multo poſt Aufidenã ui ce/
pit.Eodem anno Carſeolos colonia in agrum equicoloꝝ deducta.Fuluius cõſul de ſamnitibus trium
phauit:Cũ comitia cõſularia iſtarent:fama exorta ethruſcos ſamniteſq; igentes cõſcribere exercitus pa
lam oĩbus cõciliis uexari principes ethruſcoꝝ q̃d nõ gallos quacũq; cõditione traxerint ad uellũ:incre
pare magiſtratus ſamnitium:q̃d exercitum aduerſus lucanũ hoſtẽ cõparatũ obiecerint romanis. Itaq;
ſuis ſociorumq; uiribus cõſurgere hoſtes ad bellum:& haud quaq̃ pari defungẽdum eẽ certamĩe. Hic
terror cum illuſtres uiri cõſulatum peterẽt:oẽs in.Q.Fabiũ Maximũ primo nõ petẽtem:deĩde ut icli/
nata ſtudia uidit:ẽt recuſantẽ cõuertit.Quid ſe iam ſenem ac pfunctum laboribus laborũq; pmiis ſol/
licitarẽt?neq; corporis:nec animi uigorem remanere eundem:& fortunã ipſam uereri ne cui deorum
nimia iam in ſe & cõſtãtior:quã uelint humanæ res:uideat̃:& ſe gloriæ ſenioꝝ ſuccreuiſſe:& ad ſuam
gloriã conſurgẽtes alios lætum aſpicere:nec honores magnos fortiſſimis uiris Romæ:nec honoribus
deeſſe fortes uiros.Acuebat hac moderatione tam iuſta ſtudia:q̃ uerecũdia legum reſtinguenda ratus
legem recitari iuſſit:qua ĩtra decem ãnos eundem cõſulem refici nõ liceret:uix præ ſtrepitu audita lex
eſt:tribuniq; plebis nihil id impedimẽti futurum aiebant:ſe ad populum laturos uti legibus ſolueret̃:
& ille q̃dem in recuſando pſtabat:q̃d ergo attinerẽ leges ferri rogitans:q̃bus p eoſdem: q̃ tuliſſent: fraus
Iã regi fieret?iam regi leges nõ regere.Populus nihilominus ſuffragia inibat:& ut quæq; ĩtro uocata erat cen
nõ rege turia:cõſulem haud dubie Fabium dicebat.Tum demũ cõſenſu ciuitatis uictus dei approbẽt:inq̃t: q̃d
re leges agitis acturiq; eſtis q̃rites:cæteꝝ quoniã in me q̃d uos uultis facturi eſtis: in collega ſit meæ apud uos
Q.Fa/ gratiæ locus.Publiũ Deciũ expertum mihi cõcordi collegio uirum uobis dignũ:dignum parente ſuo:
bius ma/ quæſo:mecũ cõſulem faciatis.Iuſta ſuffragio uiſa:oẽs q̃ ſupererãt cẽturiæ.Q.Fabium.P.Deciũ cõſules
ximus dixere.Eo anno plæriſq; dies dicta ab ædilibus:q̃a plus:quã q̃d lege finitum erat agri: poſſiderent: nec
P.Deciꝰ quiſquã ferme eſt purgatus:uinculumq; igens imodicæ cupiditatis iniectũ ẽ.Cõſules noui.Q. Fabius
conſ. Maximus q̃rt.&.P.Decius Mus tert.cum inter ſe agitarẽt uti alter ſamnites hoſtes:alter ethruſcos de/

ligeret:quantæq̨ in hanc:aut in illā prouinciā copie ſatis eſſent:& uter ad utrū bellū dux indoneus magis eſſet:ab Sutrio & Nepete & faleriis legati auctores concilia Ethruriæ populoꝝ de petenda pace haberi:totam belli molē in Samniū auerterunt.Profecti conſules:quo expeditiores cōmeatus eſſent:& ī certior hoſtis qua uentuꝝ bellū foret.Fabius per ſoranū:Decius per ſidicinū agrū in Samnium legiones ducūt.Vbi in hoſtiū fines uentū eſt:uterq̨ populabundus effuſo agmine incedit:explorāt tamē latius:q̄ populantur.Igitur non fefellere ad Tifernum hoſtes in occulta ualle inſtructi.qua ingreſſos romanos ex ſuperiore loco adoriri parabant:Fabius impedimētis in locum tutū remotis:præſidioq̨ modico impoſito præmonitis militibus adeſſe certamen:quadrato agmine ad prædictas hoſtiū latebras ſuccedit.Samnites deſperātes īprouiſo tumultu quādo ī apertū ſemel diſcrimē euaſura eſſet res:& ipſi acie iuſta maluerunt concurrere:itaq̨ in æquū deſcendunt ac fortunæ ſe maiore aīo: quam ſpe cōmittunt cæteꝝ.ſiue quia ex oīum ſamnitiū populis:quodcūq̨ roboris fuerat:contraxerant:ſeu quia diſcrimen ſummæ reꝝ augebat aīos:aliquantū quoq̨ aperta pugna præbuerunt terroris.Fabius ubi nulla ex parte hoſtē loco moueri uidet.M.Fuluium:&.L.Valeriū tribūos militum:cū quibus ad primā aciē procurrerat:ire ad equites iubet:& adhortari ut ſi q̄ndo unq̄ equeſtri ope adiutā remp.meminerīt:illo die annitantur:ut ordinis eius gloriā inuictam præſtent:peditū certamine immobilē hoſtem reſtare: oēm reliquam ſpem in īpetu eſſe equitū:& ipſos noīatim iuuenes pari comitate utrūq̨ nunc laudibus nunc promiſſis onerat.Cæteꝝ q̄do nec ea quoq̨ tēptata uis proficeret:conſilio graſſandū:ſi nihil uires iuuarent:ratus Scipiōem legatum haſtatos primæ legionis ſubtrahere ex acie:& ad montes proximos quā poſſet occultiſſime:circūducere iubet: inde aſcenſu abdito a conſpectu erigere in montes agmen: auerſoq̨ hoſti ab tergo repente ſe oſtēdere.Equites ducibus tribunis haud multo plus hoſtibus quam ſuis ex improuiſo ante ſigna euecti præbuerunt tumultus:aduerſus incitatas turmas ſtetit īmota ſamnitium acies:nec parte ulla pelli aut prumpi potuit:& poſteaq̄ irritum inceptū erat:recepti poſt ſigna p̄lio exceſſerunt.Creuit ex eo hoſtium aīus:nec ſuſtinere frons prima tā longum certamē increſcentēq̨ fiducia ſui uim potuiſſet:ni ſecunda acies iuſſu conſulis in primū ſucceſſiſſet. Ibi integræ uires ſiſtunt inuehentē ſe iam ſamnitē:& tp̄e improuiſa ex montibus ſigna clamorq̨ ſublatus:non uero tantū metu terruere ſamnitium aīos:nam & Fabius Deciū collegam appropinquare exclamauit:& pro ſe qſq̨ miles adeſſe alteꝝ conſulem:adeſſe legiones gaudio alacres fremūt errorq̨ utilis romanis oblatus fugæ formidiniſq̨ ſamnites impleuit:maximeq̨ territos ne ab altero exercitu integro inctatoq̨ feſſi opprimerentur:& quia paſſim in fugam diſſipati ſunt:minor cædes:quā pro tanta uictoria fuit:triamllia &.cccc.cæſi:capti trecenti ferme & triginta:ſigna militaria capta tria & uiginti.Sānitibus appuli ſe ante prælium coniunxiſſent:ni.P.Decius conſul iis ad maleuentum caſtra obieciſſet:extractoſq̨ deinde ad certamē fudiſſet.Ibi quoq̨ plus fugæ fuit: q̄ cædis: duomillia appuloꝝ cæſa:ſpretoq̨ eo hoſte Decius in Samnium legiones duxit.Ibi duo cōſulares exercitus diuerſis uagati partibus oīa ſpatio qnq̨ menſium euaſtarūt:quadragīta & qnq̨ loca in ſamnio fuere:in q̄bus Decii caſtra fuerūt:alterius cōſulis ſex & octoginta:nec ualli tātum ac foſſarum ueſtigia relicta:ſed multo illis īſigniora monumēta uaſtitatis circa regionūq̨ depopulataꝝ.Fabius ēt urbem Gimeram cepit:ibi capta armatorū duomillia: &.cccc. cæſi ferme pugnātes ad quadrigētos triginta. Inde comitiorum cauſa Romā ꝓfecturus maturauit eā rem agere:cum primo uocatum.Q.Fabium cōſulem dicerent oēs cēturiæ.Ap.Claudius cōſularis candidatus uir acer & ambitioſus:nō ſui magis honoris cauſa:quam ut patritii recuperarēt duo cōſularia loca:cum ſuis:tum totius nobilitatis uiribus incubuit:ut ſe cum.Q.Fabio cōſulem dicerēt.Fabius primo de ſe eadem fere:quæ priore āno dicendo abnuere:circūſtare ſellam oīs nobilitas orare:ut ex cœno plebeio conſulatum extraheret:maieſtatemq̨ priſtinam tum honori:tum patriciis gentibus redderet Fabius ſilentio facto media oratione ſtudia hominum ſedauit:facturum enim ſe fuiſſe dixit:ut duorū patriciorum noīa reciperet:ſi alium quam ſe cōſulem fieri uideret:nūc ſe ſui rationem comitiis cū contra legem futurum ſit peſſimo exemplo nō habituꝝ.Ita Lucius Volūnius de plebe cum Appio Claudio cōſul eſt factus:priore item cōſulatu īter ſe cōparati.Nobilitas obiectare Fabio fugiſſe eum Appiū Claudium collegam eloquētia ciuilibuſq̨ artibus haud dubie p̄ſtantem.Comitiis p̄fectis ueteres cōſules iuſſi bellum in Samnio gerere ꝓrogato in ſex menſes īperio.Itaq̨ inſequēti quoq̨ anno.L. Volumnio &.Ap.Claudio cōſulibus.P.Decius q̄ cōſul in Samnio relictus a collega fuerat:ꝓcōſul idem populari nō deſtitit agros:donec Samnitium exercitum nuſquā ſe ꝑlio cōmittentem poſtremo expulit finibus.Ethruriam pulſi petierunt:& quod legationibus nequicq̄ ſæpe tēptauerāt id ſe tanto agmīe armatorum:mixtis terrore precibus acturos efficatius rati poſtulauerunt principum Ethruriæ cōcilium. Quo coacto p̄ quot annos ꝓ libertate dimicent cum romanis exponunt:oīa expertos eſſe: ſi ſuiſmetipſorum uiribus tolerare tātam molem belli poſſent:temptaſſe ēt haud magni momenti finitimarū gentium auxilia:petiſſe pacem a Po.Ro.cum bellum tolerare nō poſſent:rebellaſſe q̄d pax ſeruiētibus grauior:quā liberis bellū eēt:unam ſibi ſpem reliquam in ethruſcis reſtare:ſcire gentem italiæ opulentiſſimā armis uiris pecunia eē:habere accolas gallos inter ferrum & arma natos:feroces cū ſuopte īgenio:tum aduerſus romanū populū:quē captū a ſe auroq̨ redēptū haud uana iactātes memorēt. Nihil abeſſe:ſi ſit aīus ethruſcis:q Porſenæ quōdā maioribuſq̨ eoꝝ fuerit:qn romanos omni agro cis tyberim pulſos dimicare pro ſalute ſua:non de intolerando italiæ regno cogant.Samnitē illis exercitū paratū:īſtructū armis ſtipēdio ueiſſe:cōfeſtim ſecuturos:uel ſi ad īpam romanā u rbē oppugnādā ducat. Hæc eos ī ethruria iactātes moliētesq̨ bellū domi romanū urebat:nā.P.Decius ubi cōperit p̄ explora/

Arſ. Fabii cōſulis ſtratagema

Romanorum ſucceſſus in Sānio

L. Volūnius Ap. Claudius conſ.

Sānites fractis opibus ī ethruriā abeūt

toꝛes ꝓfectũ ſamnitiũ exercitũ:aduocato cõcilio qd ꝑ agros:ĩquit:uagamur uicatim circũferẽtes bellũ
qn urbes ac mœnia aggredimur?nullus iam exercitus Samnio p̃ſidet:ceſſere finibus ac ſibimetipſi exi

Murgãtiá Sánitiũ urbem capiũt ro.

lium cõſciuere.Approbátibus cũctis ad Murgantiá ualidá urbẽ oppugnandá ducit:tãtuſqꝫ ardor mili
tum fuit & caritate ducis:&ſpe maioris:quá ex agreſtibus populatiõibus p̃dæ:ut uno die ui atqꝫ armis
urbem caperent:ibi duomillia ſamnitiũ:& cẽtum pugnátes circũuẽti captiqꝫ:& alia p̃da ĩgens capta ẽ:
q̄ ne ĩpedimẽtis grauibus agmẽ oneraret:cõuocari milites Decius iubet:haccine:inqt:uictoria ſola aut
hac p̃da cõtenti eſtis futuri?ſi uultis uos ꝓ uirtute ſpes gerere:oẽs ſamnitiũ urbes fortunæqꝫ ĩ urbibus

Romulea Sánitiũ capitur

derelictæ ueſtræ ſunt:q̄do legiões eoꝝ tot p̃liis fuſas poſtremo finibus expuliſtis:uændite iſta: & illici
te lucro mercatorẽ:ut ſeq̄t agmẽ:ego ſubĩde ſuggerã:q̄ uændatis.Ad romuleá urbẽ hĩc eamus ubi uos
labor haud maior:p̃da potior manet.Diuændita p̃da ultro adhortãtes ĩperatorẽ ad Romuleá ꝑgunt.
Ibi quoqꝫ ſine ope ſine tormẽtis ſimul admota ſunt ſigna:nulla ui deterriti a muris: qua cuiqꝫ ꝓximũ
fuit:ſcalis raptim admotis in mœnia euaſere:captũ oppidũ ac direptũ eſt:ad duomillia & trecẽti occiſi:

Ferentinũ capitur

& ſexmillia hoĩum capta.Et miles ĩgenti p̃da potitus:quá uændere ſicut priorẽ coactus: Ferentinũ ĩde
q̄q̄ nihil qetis dabat:tamẽ ſumma alacritate ductuſ:cæteꝝ ibi plus laboris ac ꝑiculi fuit:& defenſa ſum
ma ui mœnia ſunt:&locus munimẽto erat naturaqꝫ tutus:ſed euicit oĩa aſſuetus p̃dæ miles ad triamil
lia hoſtiũ circa muros cæſa p̃da militis fuit.Huius oppugnataꝝ urbium decoris pars maior ĩ qbuſdá
annalibus ad Maximũ trahit:Murgantiá ab decio:a Fabio ferẽtinum Romuleáqꝫ oppugnatas tradũt.
Sunt:qui nouoꝝ cõſulũ hãc gloriam faciãt:qdam nõ amboꝝ:ſed alterius Volũnii:ei Samniũ ꝓuinciá
eueniſſe.Dum ea in ſamnio cuiuſcũqꝫ ductu auſpicioqꝫ gererent:romanis ĩterim in Ethruria bellum

Gelius egnatius

ingens multis ex gẽtibus concit:cuius auctor Gelius Egnatius ex ſamnitibus erat:tuſci uero oẽs cõſci
uerant bellum:traxerat cõtagio ꝓximos Vmbriæ populos:& gallica auxilia mercede ſollicitabantur:
omnis multitudo ad caſtra ſamnitium conueniebat.Qui tumultus repens poſteaq̄ Romá perlatus ẽ:
cum iam.L.Volumnius cõſul cum legione ſecunda ac tertia ſociorumqꝫ millibus quindecim ꝓfectus
in Samnium eſſet.Ap.Claudium primo quoqꝫ tempore in Ethruriam ire placuit:duæ romanæ legio
nes ſecutæ prima & quarta & ſociorum duocecimmillia:caſtra haud ꝓcul ab hoſte poſita. Cæterum
magis eo profectum eſt quod mature uentum erat:ut quoſdam ſpectantes iam arma Ethruriæ popu
los metus romani nominis comprimeret:quá quod ductu cõſulis quicq̄ ibi ſatis ſcite aut fortunate ge
ſtum ſit.Multa prelia locis & temporibus iniquis commiſſa:ſpeſqꝫ ĩ dies grauiorem hoſtẽ faciebat:&
iam ꝓpe erat:ut nec duci milites:nec militibus dux ſatis fideret.Litteras ad collegam accerſendum ex
ſamnio miſſas in trinis annalibus ĩuenio:piget tamẽ ĩcertum ponere:cum ea ĩpa ĩter conſules Po.Ro.
iam iterum eundem honorem fungẽtes diſceptatio fuerit:Appio abnuẽte miſſas: Volũnio affirmáte
Appii ſe litteris accitum.Iam Vloumnius in Sánio tria caſtella ceperat: ĩ quibus ad tria millia hoſtium
cæſa erant:dimidiũ fere eius captum.Et lucanoꝝ ſeditiones a plebeiis & egẽtibus ducibus ortas:ſum
ma optimatiũ uolũtate per Quintũ Fabium proconſulẽ miſſum eo cũ ueteri exercitu:compreſſe erãt.
Decio populandos hoſtiũ agros relinquit:ipſe cum ſuis copiis in Ethruriá ad collegam ꝑgit:quem ad

Atẽ Appii ſupbiam

uenientẽ læti oẽs accepere.Appiũ ex conſcientia ſua credo aĩum habuiſſe haud ĩmerito iratum: ſi nihil
ſcripſerat:illiberali & ingrato aĩo ſi eguerat ope diſſimulãtem:uix.n.ſalute mutua reddita: cũ obuiam
egreſſus eſſet:ſatin ſalue:inquit·Luci Volũni:ut ſeſe ĩ Samnio res habent?quæ te cã:ut prouĩcia tua ex
cederes:induxit?Volumnius in Samnio res proſperas eſſe ait:litteris eius accitum ueniſſe:quæ ſi falſæ
fuerint:nec uſus ſui ſit in Ethruria:extemplo conuerſis ſignis abituꝝ.Tu uero abeas:inquit:nec te qſq̄
moratur:etenim minime conſentaneũ eſt:cum bello tuo forſitan uix ſufficias:hic te ad opem ferendá
aliis gloriari ueniſſe.Bene hercules uerteret dicere Volumnius:malle fruſtra operá inſumptá : quam
quicq̄ incidiſſe:cur non ſatis eſſet Ethruriæ unus conſularis exercitus.Digredientem iam conſulem le
gati tribuniqꝫ ex appiano exercitu circũſiſtũt:pars imperatorem ſuũ orare:ne collegæ auxilium:quod
acciendum ultro fuerit:ſua ſponte oblatum ſperneretur:plures abeunti Volumnio obſiſtere:atqꝫ obte
ſtari ne prauo cum collega certamine rempu.perdat:ſiqua clades incidiſſet:deſertori magis:quá deſer
to noxiæ fore eo rem adductam:ut oĩs rei bene:aut ſecus geſtæ in Ethruria decus dedecuſqꝫ ad.L.Vo
lumnium delegetur:neminẽ quæſituꝝ quæ uerba Appii:ſed quæ fortuna exercitus fuerit:dimitti ab
Appio eum ſed ab rep.& ad exercitu retineri:experiret modo uolũtatem militum. Hæc monendo ob
teſtandoqꝫ prope reſtitantes conſules in concionẽ pertraxerunt:ibi orationes longiores habitæ in ean
dem ferme ſnĩam:in quam inter paucos certatum uerbis fuerat.Et cũ Volumnius cá ſuperior ne infa
cundus quidẽ aduerſus eximiam eloquentiá collegæ uiſus eſſet: cauillanſqꝫ Appius ſibi acceptũ refer
re diceret debere:quod ex muto atqꝫ elingui facundum ẽt conſulem haberent:priore coſulatu primis

Atẽ uere romani hoĩs reſponſũ

utiqꝫ menſibus hiſcere:nequiſſe:nunc iam populares orationes ſerere.Quam mallẽ: inquit Volũnius:
tu a me ſtrenue facere:quam ego abs te ſcite loqui didiciſſem.Poſtremo conditionẽ ferre:quæ decre
tura ſit:nõ orator:neqꝫ.n.id deſiderare remp.ſed imperator uter ſit melior. Ethruriá & Samnium pro
uincias eſſe:utrá mallet:eligeret:ſuo exercitu ſe in Ethruria uel in Samnio rem geſtuꝝ:Tum millitum
clamor ortus.ut ſimul ambo bellũ ethruſcum ſuſciperẽt:quo aĩaduerſo cõſenſu Volumnius:quoniá ĩ
collegæ:inquit:uoluntate interpretáda erraui:non cõmittam:ut qd uos uellitis:obſcurum ſit:manere
an abire me uelitis:clamore ſignificate:tum uero tantus eſt clamor exortus:ut hoſtẽ ex caſtris exciret:
armis arreptis in aciem deſcendunt:& Volũnius ſigna canere ac uexilla efferri e caſtris iuſſit.Appium
addubitaſſe ferunt cernentem ſeu pugnante ſeu quieto ſe fore collegæ uictoriam:deinde ueritũ ne ſuæ

quoqꝫ legiões Volūnium ſequeret̄ & ipſum flagitātibus ſuis ſignū dediſſe. Ab neutra parte ſatis cōmo
de inſtructi fuerūt:nā & ſamnitiū dux Gelius Egnatius cū cohortibus pabulatū paucis ierat:ſuoqꝫ im/
petu magis milites:q̄ cuiuſquā ductu aut īperio pugnā capeſſebāt:& romani exercitus nec pariter am/
bo ducti:nec ſatis tpis ad inſtruēdum fuit prius cōcurrit Volūnius:q̄ Appius ad hoſtem perueniret:itaqꝫ
forte inæquali concurſum eſt & uelut forte q̄dā mutante aſſuetos inter ſe hoſtes ethruſci Volumnio:
ſamnites parū percunctati quia dux aberat Appio occurere Dicitur Appius ī medio pugnæ diſcrimīe
ita ut inter prima ſigna manibus ad cælum ſublatis cōſpiceretur:ita precatus eſſe Bellona ſi hodie no
bis uictoriam duis:aſt hic ego tibi templum uoueo. Hæc p̄catus uelut īſtigante dea & ipſe collegæ:&
exercitus uirtutem adæquauit ducis:īperatoria opera exeq̄tur:& milites:ne ab altera parte prius uicto
ria incipiat annituntur:ergo fundūt fugantqꝫ hoſtes maiorem molem haud facile ſuſtinentes:quam cū Ro.ui/
qua manus cōſerere conſueti fuerant:urgendo cedentes inſequēdoqꝫ effuſos compulere ad caſtra: ibi ctoria ī
īteruentu Gelii cohortiumqꝫ ſabellarum pauliſper recruduit pugna:iis quoqꝫ mox fuſis iam a uicto/ ſamni/
ribus caſtra oppugnabantur & cum Volūnius ipſe portæ ſigna īferret. Appius Bellonā uictricē identi tes &
dem celebrans accenderet militum aīos per uallum per foſſas eruperūt caſtra capta direptaqꝫ:præda ī/ ethru/
gens parta & militi conceſſa eſt:ſeptēmillia ac trecenti hoſtiū cæſi:duomillia & centūuiginti capti. Dū ſcos
ambo conſules:oīſqꝫ romana uis in ethruſcū bellum magis inclinat:in Sānio noui exercitus exorti ad
populandos imperii romani fines per ueſtinos ī Campaniam falernumqꝫ agrū trāſcendunt: īgenteſqꝫ
prædas faciunt. Volūnium magnis itineribus in Samnium redeuntem (iam enim Fabio Decioqꝫ pro/
rogati imperii finis aderat) fama de ſamnitiū exercitu populationibuſqꝫ cāpani agri ad tuendos ſocios
conuertit. Vt in Caloenū uenit:& ipſe cernit recētia cladis ueſtigia:& caloeni narrant tantum iam præ/
dæ hoſtes trahere:ut uix explicare agmen poſſint:itaqꝫ iam ꝓpalā duces loqui eūdum ī Samnium eē:
ut relicta ibi præda:ī expeditionem redeāt:nec tam oneratum agmen dimicationi committant. Ea q̄q̄
ſimilia ueris erant:certius tamē explorāda ratus dimittit equites:qui uagos prædatores ī agros palātes
excipiāt:ex quibus īquirendo cognoſcit ad uulturnum flumē ſedere hoſtem:īde tertia uigilia moturū
iter ī Samnium eſſe. His ſatis exploratis profectus tāto īteruallo ab hoſtibus cōſedit:ut nec aduentus
ſuus propīquitate nimia noſci poſſet:& egrediētem e caſtris hoſtem opprimeret:aliquāto ante lucem
ad caſtra acceſſit:gnaroſqꝫ oſcæ liguæ exploratum:quid agitur mittit. Intermixti hoſtibus:quod facile
erat:ī nocturna trepidatiōe:cognoſcūt īfrequētia armatis ſigna egreſſa ad prædam:prædæqꝫ cuſtodes
exire ignobile agmē:& ſua quemque molietem : nullo:īter alios cōſenſu nec ſatis certo imperio. Tem/
pus aggrediēdi aptiſſimum uiſum eſt:& iam lux appetebat:itaqꝫ ſigna carnere iuſſit:agmēqꝫ hoſtium
aggredit̄. Samnites p̄da impediti īfrequētes armati:pars addere gradū:ac præ ſe agere p̄dam:pars ſtare
īcerti utrū ꝓgredi an regredi ī caſtra tutius foret:īter cūctationē opprimunt̄. Et romani iā trāſcēderāt
uallum:cædeſqꝫ ac tumultus erat in caſtris. Samnitiū agmen p̄ter quā hoſtili tumultu captiuoꝝ ēt re/
pentina defectione turbatū erat:q̄ partim ipi ſoluti uinctos ſoluebant:partim arma in ſarcinis deligata
rapiebāt:tumultūqꝫ p̄lio ipſo terribiliorē ītermixti agmini p̄bebāt:memorādū deīde ædidere facinus:
nam ſtatim Minatium ducē adeūtem ordines hortātem īuadunt:diſſipatis īde eq̄tibus:q̄ cū eo aderāt Cædūt
ipſum circūſiſtūt:īſidenteqꝫ equo captū ad conſulē romanū rapiūt. Reuocata eo tumultu prima ſigna Sānites
ſamnitiū:p̄liūqꝫ ītegratum eſt:nec diutius ſuſtineri potuit:Cæſa ad ſexmillia hoīum:duomillia & q̄n/ circa
genti capti:in eis tribuni militum q̄ttuor ſigna militaria triginta. & q̄d lætiſſimū uictoribus fuit: capti uoltur/
uorū recepta millia ſeptē &.cccc:p̄da īgens ſocioꝝ.accitiqꝫ edicto domini ad res ſuas noſcēdas recipien num
daſqꝫ p̄ſtituta die:quaꝝ reꝝ nō extitit dominus militi cōceſſæ:coactiqꝫ uændere p̄dam:ne alibi:quā in
armis aīum haberent. Magnū ea populatio cāpani agri tumultū Romæ p̄buerat:& p eos forte dies ex
Ethruria allatū:poſt deductū īde uolumianū exertitum Ethruriā cōcitam ī arma:& Gelium Egnatiū
ſamnitiū ducem:& umbros ad defectionē uocari:& gallos p̄tio īgenti ſollicitari. His nūciis ſenatus cō/
territus iuſticium indici:delectū oīs generis hoīum haberi iuſſit:nec īgenui mō aut iuniores ſacramē/
to adacti:ſed ſenioꝝ ēt cohortes factæ:libertiniqꝫ cēturiati:& defendēdæ urbis cōſilia agitabant̄: ſum/
mæqꝫ reꝝ p̄tor. P. Sēpronius p̄erat:cæteꝝ parte curæ exonerarūt ſenatū Lucii Volūnii cōſulis litteræ:
q̄bus cæſos fuſoſqꝫ populatores Cāpaniæ cognitum eſt. Itaqꝫ & ſupplicationes ob rem bene geſtam cō
ſulis noīe decernūt:iuſticium remittūt:q̄d fuerat dies decem octo:ſupplicatioqꝫ plæta fuit. Tum de p̄ſi
dio regionis depopulatæ a ſamnitibus agitari cœptum:itaqꝫ placuit:ut duæ coloniæ circa ueſtinum &
Falernum deducerent̄:una ad hoſtium liris fluuii:q̄ Minturnæ appellata:altera ī ſaltu ueſtino falernū Mītur/
cōtingete agrū:ubi Synope dicit̄ græca urbs fuiſſe:Sinueſſa deīde a romanis colonis appellata. Tribu/ næ co/
nis plebis negotium datū ē:ut plebiſcito iuberet̄. P. Sempronius p̄tor triūuiros in ea loca colonis dedu lonia
cendis creare:nec q̄ noīa darēt:facile īueniebant̄:q̄a in ſtationē ſe ꝓpe ꝑpetuā īfeſtæ regionis nō ī agros Syno/
mitti rebant̄. Ab eis auertit curis ſenatum Ethruriæ īgraueſcens bellum:& crebræ litteræ Appii mo pē olī
nentis ne regiōis eius motū negligerēt:q̄ttuor gētes cōferre arma ethruſcos:ſamnites.umbros:gallos. mox ſi/
Iam caſtra bifariam facta eē:q̄a unus locus capere tātam multitudinem nō poſſet. Ob hæc ēt appetebat nueſſa
tempus comitioꝝ cā. L. Volūnius cōſul Romā reuocatus: q̄ priuſquā ad ſuffragiū cēturias uocaret: in
cōcionem aduocato populo multa de magnitudine belli ethruſci diſſeruit:iam tum cū ipſe ibi cū colle
ga rem pariter geſſerit:fuiſſe tātum bellū ut nec duce uno:nec exercitu geri potuerit:acceſſiſſent poſtea
dici umbros & īgentem exercitū galloꝝ. Aduerſus q̄ttuor populos & duces cōſules illo die deligi me/
miniſſent:ſe niſi cōfideret:eum cōſenſu populi romani cōſulem declaratum iri:q̄ haud dubie tum pri

mus oĩum ductor habeat̃:dictatorem fuiſſe extẽplo dictuꝝ.Nemini dubium erat:qn.Q.Fabius om/
nium cõſenſu deſtinaret̃:eumq; & p̄rogatiuæ:& primo uocatæ oẽs cẽturiæ cõſulem cum.L.Volũnio
dicebãt.Fabii oratio fuit:q̃lis biẽnio ante deĩde ut uincebat̃ cõſenſu uerſa poſtremo ad collegam.P.De
cium poſcẽdum:id ſenectuti ſuæ adminiculum fore cẽſura duobuſq; cõſulatibus ſimul geſtis expertũ
ſcire nihil cõcordi collegio firmius ad remp.tuẽdam eẽ:nouo ĩperii ſocio uix iam aſſueſcere ſenilẽ ani/
mum poſſe:cum moribus notis facilius ſe cõmunicaturũ cõſilia.Subſcripſit orationi eius cõſul:tũ me/
ritis.P.Decii laudibus:tum q̃d ex cõcordia cõſulum bona quæq;:ex diſcordia mala in adminiſtratiõe
rerum militarium euenirent:memorãdo quã prope ad ultimum diſcrimen ſuis & collegæ certamini
bus nuper uẽtum foret:admonẽdo Decium Fabiumq;:ut uno animo:una mente uiuerẽt.Eſſe p̄terea
uiros gnaros milite:factis magnos ad uerborum linguæq; certamĩa rudes:ea ĩgenia conſularia eẽ: cal/
lidos ſollerteſq; iuris atq; eloquẽtiæ cõſultos:qualis.Ap.Claudius eſſet:urbis ac foro præſides habẽdoſ

Qu.Fabius. P. Decius conſ.

prætoreſq; ad reddenda iura creandos eſſe.His agendis dies eſt cõſumptus:poſtridie ad p̄ſcriptum cõ/
ſulis & conſularia & p̄toria comitia habita.Conſules creati.Q.Fabius:&.P.Decius.Ap.Claudius præ/
tor omnes abſentes:&.L.Volumnio ex ſenatuſcõſulto & ſcito plebis prorogatum in annũ ĩperium ẽ.

Ara pudicitiæ uetus

Eo anno ꝓdigia multa fuerũt:quoꝝ auerruncãdoꝝ cauſa ſupplicationes in biduum ſenatus decre/
uit:publice uinum ac thus p̄bitum ſupplicatũ iere frequẽtes uiri fœminæq;. Inſignẽ ſupplicationẽ fe/
cit certamen in ſacello pudicitiæ:q̃ in foro boario ẽ ad ædem rotũdam Herculis ĩter matronas:ortum
Virginiam Auli filiam patriciã plebeio nuptam.L.Volũnio cõſuli:matronæ q̃d e patribus enupſiſſet
ſacris arcuerãt.Breuis altercatio ĩde ex iracũdia muliebri in cõtentionẽ animoꝝ exarſit:cum ſe Virgi/
nia & patriciã:& pudicã ĩ p̄riciæ pudicitiæ tẽplũ ĩgreſſum:& uni nuptã:ad quẽ uirgo deducta ſit:nec ſe
uiri honorũue ius ac reꝝ geſtaꝝ pœnitere:uero gloriaret̃.Facto deĩde egregio magnifica uerba adau/
xit:in uico longo:ubi habitabat:ex parte ædium:q̃d ſatis eẽt loci:modico ſacello excluſit:aramq; ibi po

Ara pudicitiæ recens

ſuit:& cõuocatis plebeiis matronis cõqueſta iniuriam patriciarum:hanc ego aram:ĩquit:Pudicitiæ ple
beiæ dedico:uoſq; hortor:ut q̃d certamẽ uirtutis uiros in hac ciuitate tenet:hoc pudicitiæ ĩter matro/
nas ſit:detiſq; operam:ut hæc ara:quam illa:ſiquid poteſt:a ſanctioribus & caſtioribus coli dicatur.Eo
dem ferme ritu & hæc ara : quo illa antiquior culta eſt: ut nulla niſi ſpectatæ pudicitiæ matrona &
q̃ uni nupta fuiſſet:ius ſacrificandi haberet. Vulgata deĩde religio a pollutis:nec matronis ſolũ: ſed oĩs
ordinis fœminis:poſtrẽo ĩ obliuionẽ uenit.Eodẽ ãno.Gn.&.Q.Ogulni ædiles curules aliquot fœne/
ratoribus diẽ dixerũt:quoꝝ bõis mulctatis ex eo:q̃d ĩ publicũ redactũ ẽ:ænea ĩ capitolio limĩa:& triũ
mẽſaꝝ argẽtea uaſa in cella Iouis.Iouẽq; in culmine cũ q̃drigis:& ad ficum ruminalem ſimulacra ĩfan
tiũ cõditoꝝ urbis ſub uberibꝰ lupæ poſuerũt:ſemitãq; ſaxo q̃drato a capena porta ad Martis ædẽ ſtra
uerunt:& ab ædilibus plebeiis.L.Aemylio Pæto:&.C.Fuluio Curuo ex mulctaticia item pecunia:quã
exegerunt pecuariis dãnatis:ludi facti:pateræq; aureæ ad Cæreris ædem poſitæ.Qu.Fabius inde quin
tũ &.P.Decius quartũ conſulatũ ineunt:tribus conſulatibus cẽſuraq; collegæ nec gloria magis rerum:
quæ ĩgẽs erat:quã cõcordia ĩter ſe clari:quæ ne perpetua eſſet:ordinum magis:q̃ ipſoꝝ inter ſe certamẽ

Simulacra cõditorũ urbis ſub lupa

ĩteruenisſe reor:patritiis tẽdẽtibus ut Fabius Ethruriam extra ordinẽ prouĩciam haberet: plebeiis au/
ctoribus Decio ut ad ſortẽ reuocaret.Fuit certe cõtentio ĩ ſenatu:& poſteaq̃ ibi fabius plus poterat:re/
uocata res ad populum eſt:ĩ cõcione ut ĩter militares uiros & factis potius:quã dictis fretos pauca uer/
ba habita.Fabius quã arborẽ cõſeruiſſet:ſub ea legere alium fructum ĩdignum eſſe dicere:ſe apuiſſe ci/
miniã ſiluam:uiãq; ꝑ deuios ſaltus romano bello feciſſe.Quid ſe id ætatis ſollicitaſſent:ſi alio duce bel
lum geſturi eſſent? Nimirũ aduerſarium ſe nõ ſociũ imperii legiſſe ſenſim exprobrat:& ĩuidiſſe.Deci
um cõcordibus collegiis tribus.Poſtremo ſe tẽdere nihil ultra:quam ut ſi ſe dignũ prouincia ducerẽt:
in eam mitterẽt:ĩ ſenatus arbitrio ſe fuiſſe:& ĩ poteſtate populi futurum.P.Decius ſenatus iniuriã q̃re/
bat̃.quoad potuerit p̄res ãniſos:ne plebeiis aditus ad magnos honores eſſet:poſteaquã ĩpa uirtus pui/
cerit:ne ĩ ullo genere hoĩum ĩhonorata eſſet:quæri quẽadmodũ irrita ſint nõ ſuffragia mõ populi:ſed
arbitria eitam fortunæ & ĩ paucorum poteſtatẽ uertãt̃.Oẽs ãte ſe cõſules ſortitos ꝓuĩcias eſſe:nunc ex
tra ſortẽ Fabio ſenatũ prouinciã dare.Si honoris eius cã:ita eũ de ſe:deq; rep.meritũ eſſe ut fauerãt.Q.
Fabii gloriæ:quæ modo nõ ſua cõtumelia ſplẽdeat:cui aũt dubiũ eſſe ubi unũ bellum ſit aſpeꝝ ac dif/
ficile:cũ id alteri extra ſortẽ mãdetur:quin alter cõſul ꝓ ſupuacuo atq; ĩutili habeatur? gloriari Fabium
rebus ĩ Ethruria:geſtis uelle &.P.Decium gloriari:& forſitã quẽ ille obrutum ignẽ reliquerit ita ut to/
tiẽs nouum ex improuiſo ĩcẽdium daret:eũ ſe extiturum.Poſtremo ſe collegæ:honores p̄miaq; cõceſ/
ſurum uerecũdia ætatis eius maieſtatiſq;:cum periculum:cum dimicatio propoſita ſit:neq; cedere ſua
ſpõte nec ceſſuꝝ:& ſi nihil aliud ex eo certamine tulerit:illud certe latuꝝ:ut quod populi ſit.Populus
iubeat potius:quã patres gratificent̃.Iouẽ optimũ maximũ:deoſq; ĩmortales ſe p̄cari ut ita ſortẽ æquã
ſibi cũ collega dent:ſi eãdẽ uirtutẽ fœlicitatẽq; ĩ bello adminiſtrãdo daturi ſint:certe & id natura æquũ
& exẽplo utile eẽ:& ad famã populi romani ꝑtinere:eos cõſules eſſe:quoꝝ utrolibet duce bellũ ethru/
ſcũ geri recte poſſit.Fabius nihil aliud precatus populũ:quã ut priuſq̃ ĩtro uocarent̃ ad ſuffragium tri/
bus.Ap.Claudii prætoris allatas ex Ethruria litteras audirent:comitio abit:nec minore populi cõſen/
ſu:quã ſenatus ꝓuincia Ethruria extra ſortẽ Fabio decreta eſt.Cõcurſus inde ad conſules factus oĩum
ferme iunioꝝ:& ꝓ ſe quiſq; noĩa dabant:tãta cupido erat ſub eo duce ſtipẽdia faciẽdi.Qua circũfuſus
turba:quattuor millia:inquit peditũ & ſexcentos equites duntaxat ſcribere in aĩo eſt hodierno & cra/
ſtino die:qui noĩa dederitis:mecũ ducã:maiori mihi curæ ẽ:ut oẽs locupletes redcuam:q̃ ut multis rẽ

gerā militibus.Profectus apto exercitu:& eo plus fiduciæ ac ſpei gerēte: q̄d non deſiderata multitudo
erat:ad oppidū Aharnā(unde haud ꝓcul hoſtes erāt)ad caſtra Appii p̄toris pergit paucis citra millibus
lignatores ei cū præſidio occurrūt:qui ut lictores prægredi uiderūt.Fabiumq; eē conſulē accepere:læti
atq; alacres diis populoq; romano gratias agūt:quod eū ſibi imperatorē miſiſſent.Circūfuſi deinde cū
conſulē ſalutarent:quærit Fabius:quo pergerēt:reſpōdētibuſq; lignatū ſe ire:an tādē īquit nūc caſtra
uallata nō habetis?ad hoc cū ſucclamatū eſſet duplici quidē uallo & foſſa & tamē ī ingēti metu eſſe:ha
betis igit:inquit:affatim lignoꝝ:redite & uellite uallū.Redeunt:in caſtra:terrorēq; ibi uellentes uallū:
& iis:qui in caſtris remanſerāt:militibus:& ipſi Appio fecerūt.Tū pro ſe quiſq; alii aliis dicere conſulis
ſe.Qu.Fabii facere iuſſu.Poſtero īde die caſtra mota & Appius p̄tor Romā dimiſſus:inde nuſq̄ ſtatiua
romāis fuere.Negabat utile eſſe uno loco ſedere exercitū:itineribus & mutatiōe locoꝝ nobiliorem ac
ſalubriorē eſſe:fiebant aūt itinera quāta fieri ſinebat hyems haud dum exacta.Vere inde primo relicta
ſecūda legione ad Cluſiū:q̄d Camarſolim appellabāt: p̄poſitoq; caſtris.L.Scipiōe ꝓprætore Romā ip/ carmar
ſe ad conſultandū de bello rediit:ſiue ipē ſpōte ſua:quia bellū ei maius in cōſpectu erat:quā q̄tum eē fa/ ſolis olí
mæ crediderat:ſiue ſenatuſcōſulto accitus:nā ī utrūq; auctores ſunt ab.Ap.Claudio prætore retractū clauſiū
quidā uideri uolūt:cum ī ſenatum & apud populū id:q̄d per litteras aſſidue fecerat:terrorē belli ethru
ſci augeret:nō ſuffectuꝝ ducē unū:nec exercitū unū aduerſus quattuor populos:periculoſum eſſe ſiue
iuncti unum premāt:ſiue diuerſi gerāt bellum:ne ad oīa ſimul adire & obire unus nō poſſit:duas ſe ibi
legiōes romanas reliquiſſe:& minus quinquemillia peditum equitūq; cū Fabio ueniſſe:ſibi placere.P.
Deciū Conſulē primo quoq; tpe ī Ethruriam ad collegā proficiſci.L.Volūnio Samniū ꝓuinciā dari:ſi
cōſul malit in ſuā ꝓuinciā ire.L.Volūnium in Ethruriā ad cōſulē cū exercitu iuſto cōſulari ꝓficiſci.Cū
magnā partē moueret oratio prætoris.P.Deciū cēſuiſſe ferūt:ut oīa ītegra ac libera Quinto Fabio ſer/
uarent donec ut ipſe ſi per cōmodū reipublicæ poſſet.Romā uēiſſet:uel aliquē ex legatis miſiſſet a quo
diſceret ſenatus:q̄tū in Ethruria belli eſſet:quātiſq; adminiſtrādū copiis:& per quot duces eſſet Fabius
ut Romā rediit:& in ſenatu & ꝓductus ad populū mediā orationē habuit:ut nec augere nec minuere
uideret belli famā:magiſq; in altero aſſumēdo duce alioꝝ īdulgere timori:q̄ ſuo:aut reip. ꝑiculo con/
ſulere.Cæteꝝ ſi ſibi adiutorē belli ſociumq; īperii darēt:quonāmodo ſe obliuiſci.P.Decii cōſulis ꝑ tot Att.cō
collegia experti poſſe?neminē oīum ſecū cōiūgi malle & copiaꝝ ſibi ſatis cū.P.Decio nunq̄ nimiū ho/ ſulū cō/
ſtium fore.Si collega q̄d aliud malit:at ſibi.L.Volūnium darēt adiutorē.Oīum reꝝ arbitriū:& a popu cordiá
lo:& a ſenatu & ab ipſo collega Fabio ꝑmiſſum eſt:& cū Decius ſe ī Sāniū uel ī Ethruriā ꝓficiſci para/
tum eē oſtēdiſſet:tāta lætitia & gratulatio fuit:ut p̄ciperet uictoria aīs:triumphuſq; nō bellum decrtū
cōſulibus uideret.Inuenio apud quoſdā extēplo cōſulatu inito ꝓfectos ī Ethruriā Fabium Deciumq;
ſine ulla mētione ſortis ꝓuinciaꝝ certaminūq; īter collegas:q̄ expoſui.Sunt q̄bus nec hæc q̄dem certa
mina exponere ſatis fuerit:adiecerint & Appii criminationes de Fabio abſente ad populū:& ꝑtinaciam
aduerſus p̄ſentem cōſulem p̄toris cōtentionēq; aliam īter collegas:tendēte Decio ut ſuæ quiſq; ꝓuin/
ciæ ſortem tueret.Conſtare res īcipit ex eo tpe quo ꝓfecti ambo cōſules ad bellum ſunt: cæteꝝ anteq̄
cōſules in Ethruriam ꝑuenirēt:ſenonos galli multitudīe īgenti ad Cluſium uenerūt legionē romanā
caſtraq; oppugaturi.Scipio:q̄ caſtris p̄erat:loco adiuuādam paucitatē ſuoꝝ militū ratus:in colle: q̄ īter
urbem & caſtra erat aciem erexit:ſed ut in re ſubita paꝝ explorato itinere ad iugum ꝑrexit:q̄d hoſtes
ceperāt:parte alia aggreſſi:ita cæſa ab tergo legio atq; in medio:cum hoſtis undiq; urgeret: circūuenta.
Deletā quoq; ibi legionē ita:ut nūcius nō ſupeſſet:q̄dam auctores ſunt:nec ante ad cōſules:q̄ iam haud Vna le/
ꝓcul a Cluſio aberāt:famā eius cladis ꝑlatam:quā in cōſpectu fuere galloꝝ eq̄tes pectoribus equorum gio ad
ſuſpēſa geſtātes capita & lanceis īfixa ouāteſq; moris ſui carmīe.Sunt q̄ umbros fuiſſe nō gallos tradāt cluſiū
nec tātum cladis acceptum:& circūuentis pabulatoribus cū.L.Manlio Torq̄to legato Scipionē ꝓpræ/ cæſa
torē ſubſidiū e caſtris tuliſſe:uictoreſq; umbros redintegrato p̄lio uictos:captiuoſq; eis ac p̄dam adem
ptam.Similius uero ē a gallo hoſte:quā umbro eā cladē acceptā:q̄d cū ſæpe alias:tū eo anno gallici tu/
multus p̄cipuus terror ciuitatē tenuit.Itaq; p̄ter quā q̄d ambo cōſules ꝓfecti ad bellū erāt:cum q̄ttuor
legionibus & magno eq̄tatu romano cāpaniſq; mille eq̄tibus delectis ad id bellum miſſis:& ſocioꝝ no
miniſq; latini maiore exercitu quā romani:alii duo exercitus haud ꝓcul urbe Ethruriæ oppoſiti:unus
in faliſco:alter in uaticano agro.Gn.Fuluius:&.L.Poſthumius Megillus ꝓprætores ambo ſtatiua ī eis
locis habere iuſſi.Cōſules ad hoſtes tranſgreſſo appēnino in agrū ſentinatē ꝑuenerūt: ibi q̄ttuormillia
ferme īteruallo caſtra poſita.Inter hoſtes deīde cōſultationes habitæ:atq; ita cōuenit:ut ne unis caſtris
miſcerent oēs:ne ue ī aciē deſcēdcrēt ſimul ſamnitibus galli ethruſcis umbri adiecti:dies īdicta pugnæ
ſamnitibus galliſq; delegata īter ipm certamē ethruſci umbriq; iuſſi caſtra romana oppugnare. Hæc
cōſilia turbaꝝ trāſſugæ cluſini tres clā nocte ad Fabiū cōſulē trāſgreſſi:q̄ æditis hoſtiū cōſiliis: dimiſſi
cum donis ut ſubinde:ut quæq; res noua decreta eſſet:exploratam perferrent. Conſules Fuluio: ut ex
faliſco:Poſthumio:ut ex uaticano exercitum ad Cluſium admoueāt:ſummaq; ui fines hoſtium depo/
pulent:ſcribunt.Huius populationis fama ethruſcos ex agro ſentinate ad ſuos fines tuendos mouit.
Inſtare inde cōſules ut abſentibus iis pugnaretur:per biduum laceſſiere prælio hoſtem:biduo nihil
dignum dictu actum:pauci utrinq; cecidere magiſq; irritati ſunt ad iuſtum certamen animi: quam ad
diſcrimen ſumma reꝝ adducta:tertio die deſcenſum in campum omnibus copiis eſt.Cum inſtructæ
acies ſtarent:cerua fugiens lupum e montibus acta ꝑ campos īter duas acies decurrit:īde diuerſæ feræ
cerua ad gallos:lupus ad romāos curſum deflexit.Lupo data īter ordīes uia:ceruā galli cōfixere.Tū ex

anteſignanis romãus miles: illac fuga: ĩqt:& cædes uertit:ubi ſacrã Dianæ ferã iacẽtẽ uidetis hĩc uictor

Atť ꝓ/ digium

martius lupus ĩteger & ĩtactus gẽtis nos martiæ & cõditoris noſtri admonuit.Dextero corun galli:ſi/
niſtro ſamnites cõſtiterũt:aduerſus ſamnites Fabius primã ac tertiã legionẽ ꝓ dextero cornu:aduerſus
gallos ꝓ ſiniſtro Decius qntã & ſextã ĩſtruxit:ſecũda & quarta cũ.L.Volũnio ꝓconſule ĩ Sãnio gerebat
bellũ.Primo concurſu adeo eqs uiribus geſta res ẽ:ut ſi affuiſſent ethruſci & umbri:aut ĩ acie aut ĩ ca/
ſtris:quocũq; ſe ĩclinaſſent: accipiẽda clades fuerit:cæteꝝ q̃q̃ cõmunis adhuc mars belli erat:nec dum
diſcrimen fortuna fecerat qua datura uires eſſet.Haud quaq̃ ſimilis pugna ĩ dextero leuoq; cornu erat
romani apud Fabium arcebant magis:q̃ ĩferebant pugnam extrahebaturq; in quam maxime ſeꝝ diei
certamen:quia ita ꝑſuaſum erat duci & ſamnites:& gallos primo impetu feroces:eſſe:quos ſuſtineri ſa

Gallo/ rũ natu ra

tis ſit longiore certamine ſenſim reſidere ſamnitiũ aĩos:galloꝝ qdem ẽt corpora ĩtolerantiſſima labo/
ris atq; æſtus fluere primaq; eoꝝ ꝓ̃lia pluſq uiroꝝ:poſtrema minus q̃ fœminaꝝ eſſe.In id tp̃s igiť:quo
uinci ſolebat hoſtis:quam ĩtegerrimas uires militi ſeruabat.Ferocior Decius & ætate & uigore animi:
quãtũcũq; uirium habuit:certamine primo effudit:& quia lentior uidebatur: pedeſtris pugna: equita
tum in pugnam concitat & ipſe fortiſſime iuuenum turmæ immixtus orať ꝓceres iuuentutis ut ſecũ
in hoſtem ĩpetum faciant:duplicem illorum gloriam fore:ſi ab leuo cornu: & ab equite uictoria inci/
piat.Bis auertere gallicum eqtatum:iterũ longius euectos & iam ĩter media eqtum agmina ꝓ̃lium ci/
entes nouum pugnæ conterruit genus:eſſedis carriſq; ſuperſtans armatus hoſtis ĩgenti ſonitu equorũ
rotarũq; aduenit:& inſolitos eius tumultus romanorũ conterruit equos.Ita uictorem eqtatum uelut
lymphaticus pauor diſſipat:ſternit inde equos ruẽtes uiroſq; ĩ ꝓuida fuga:turbata ẽt hĩc ſigna legionũ
multiq; impetu equorũ ac uehiculorũ raptorũ ꝑ agmen obtriti anteſignani:& inſecuta:ſimul territos

Atť.De cii cõſu lis uer/ ba in acie Decius filius ſe ꝺuouet

hoſtes uidit:gallica acies:nullum ſpacium reſpirãdi recipiendiq; ſe dedit.Vociferare Decius quo fuge/
rent?quãue in fuga ſpem haberent?obſiſtere cedẽtibus ac reuocare fuſos:deinde:ut nulla ui ꝑculſos ſu
ſtinere poterat:patrem.P.Decium nomine compellans:quid ultra moror:inquit?familiare fatum da/
tum hoc noſtro generi eſt:ut luẽdis periculis publicis piacula ſimus.Iam ego mecum legiones hoſtiũ
mactandas Telluri ac diis manibus dabo.Hæc locutus.M.Liuium pontificem:quem deſcendens ĩ aciẽ
digredi uetuerat ab ſe:preire iuſſit uerba quibus ſe legioneſq; hoſtium pro exercitu populi romani q/
ritum deuoueret:deuotus inde eadem precatione eodemq; habitu:quo pater Decius ad Veſerim bello
latino ſe iuſſerat:deuoueri:cum ſecũdum ſolẽnes ꝑcationes adieciſſet præ ſe agere ſeſe formidinẽ ac fu
gam cædẽq; ac cruorem cæleſtium:ĩfernorũ iras cõtracturũ funebribus diris:ſigna:tæla arma hoſtiũ:
locũq; eundẽ ſuæ peſtis & gallorũ ac ſamnitiũ fore.Hæc execratus in ſe hoſteſq;:qua confertiſſimã cer
nebat gallorũ aciem cõcitat equũ:ĩferenſq; ſe ipſe infeſtis tælis interfectus eſt:Vuix humanæ inde opis
uideri pugna potuit:romani:duce amiſſo:quæq; res terrori alias eſſe ſolet:ſiſtere fugam:ac nouã dei/
tegro uelle inſtaurare pugnam.Galli & mexime globus circunſtans cõſulis corpus:uelut alienata mẽ/
te uana in caſſum iactare tæla torpere quidam:nec pugnæ meminiſſe:nec fugæ.At ex parte altera põ/
tifex Liuius:cui lictores Decius tradiderat:iuſſeratq; proprætorem eſſe:uociferari uiciſſe romanos de/
functos conſulis fato:gallos ſamniteſq; Telluris matris ac deorum manium eſſe:rapere ad ſe ac uocare
Decium deuotam ſecũ aciem:furiarumq; ac formidinis plena omnia ad hoſtes eſſe Superueniunt de/
inde his reſtituentibus pugnam Cornelius Scipio:& Gaius Martius cum ſubſidiis ex nouiſſima acie
iuſſu.Quinti Fabii conſulis ad præſidium collegæ miſſi:ibi auditur Publii Decii euentus ingens hor/
tamen ad oĩa pro republica audenda:itaq; cũ galli ſtructis ante ſe ſcutis conferti ſtarent nec facilis pe/
de collato uideretur pugna:iuſſu legatoꝝ collecta humi pila:quæ ſtrata inter duas acies iacebant:atq;
in teſtudinem hoſtium coniecta:quibus plæriſq; in ſcuta:plæriſq; uerutis in corpora ipſa fixis ſternit
cuneus ita ut magna pars integris corporibus attoniti cõciderent.Hæc in ſiniſtro cornu romanorum
fortuna uariauerat.Fabius in dextero cornu primo:ut ante dictũ eſt cunctando extraxerat diem:dein
de poſteaq̃ nec clamor hoſtium:nec impetus:nec tæla miſſa eandem uim habere uiſa:præfectis equi/
tum iuſſis ad latus ſamnitiũ circũducere alas:ut ſigno dato in tranſuerſos:q̃to maximo poſſent ĩpetu:
incurrerent:ſenſim ſuos ſigna inferre iuſſit & cõmouere hoſtem.Poſteaq̃ non reſiſti uidit & haud du/
biam laſſitudinẽ eſſe:tũ collectis oĩbus ſubſidiis quæ ad id tẽpus reſeruauerat:& legiones cõcitauit:&
ſignũ ad inuadendos hoſtes equitibus dedit.Nec ſuſtinuerũt ſamnites impetũ:præterq; aciem ipſam
galloꝝ relictis in dimicatione ſociis ad caſtra effuſo curſu ferebantur:galli teſtudine facta conferti ſta/
bant.Tũ Fabius audita morte collegæ campanoꝝ alam quingentos fere equites excedere iubet acie:&
circũuectos a tergo gallicã inuadere aciem:tertiæ deinde legiõis ſubſequi principes:& qua turbatum
agmen hoſtiũ uiderent impetu equtum inſtare ac territos cædere.Ipſe ædem Ioui uictori ſpoliaq; ho/
ſtium cũ uouiſſet:ad caſtra ſamnitiũ perrexit:quo multitudo oĩs conſternata agebatur ſub ipſo uallo:
quia tantam multitudinẽ portæ non recepere:tẽptata ab excluſis turba ſuoꝝ pugna eſt.ibi Gelius im/
perator ſamnitiũ cecidit:cõpulſi deĩde intra uallum ſamnites:paruoq; certamine capta caſtra & galli a

xxiiii. hoſtiũ cæſa

tergo circũuenti.Cæſa eo die hoſtiũ.xxiiii.millia octo capta:nec incruẽta uictoria fuit:nam ex.P.Decii
exercitu cæſa ſeptẽmillia: ex Fabii mille ac trecenti.Fabius dimiſſis ad quærendũ collegæ corpus ſpo/
lia hoſtium coniecta in arceruũ Ioui uoctori cremauit:conſulis corpus eo die:quia obrutũ ſuper ſtratis
galloꝝ cumulis erat:inueniri non potuit poſtero die inuentũ ralatumq; eſt cũ multis militum lachry/
mis.Intermiſſa inde oĩum aliaꝝ reꝝ cura Fabius collegæ funus omni honore laudibuſq; meritis cele/
brat & in Ethruria per eos dies ab Gn.Fuluio ꝓprætore res ex ſententia geſta:& præter in gentẽ illatã

populationibus agrorum hoſti cladē pugnatū etiam egregie ē:peruſinorūꝗ & cluſinoꝝ cæſa amplius
triamillia:& ſigna militaria ad uigīti capta.Samnitiū agmen:cū ꝑ pelignum agrū fugeret:circūuentū a
pelignis eſt:ex millibus qnꝗ ad mille cæſi.Magna eius diei:quo ī ſentinati agro bellatū fama eſt:ēt ue/
ro ſtanti:ſed ſupiecere qdam augendo fidem:qui ī hoſtiū exercitu peditum millia q̄dragita & tercentū
triginta:eqtum ſex & quadragita:mille carpentoꝝ ſcripſere fuiſſe:ſcilicet cum umbris tuſciſꝗ:quos &
ipſos pugnæ affuiſſe.Et ut romanoꝝ quoꝗ augerēt copias.L.Volūniū ꝓconſulē ducē cōſulibus:exer/
citumꝗ eius legionibus cōſulū adiiciūt.In pluribus annalibus duoꝝ ea cōſulū ꝓpria uictoria eſt. Volū
nius ī Samnio iterim res gerit:ſamnitiumꝗ exercitū ī Tifernū mōtē cōpulſum nō deterritus iniqtate
loci fundit fugatꝗ.Fabius deciano exercitu relicto ī Ethruſcis:ſuis legionibus deductis ad urbē:de gal/
lis ethruſciſꝗ ac ſamnitibus triūphauit:milites triūphantē ſecuti ſunt:celebrata inconditis carminibus
militaribus nō magis uictoria.Q.Fabii:quā p̄clara mors.P.Decii eſt:excitataꝗ memoria parētis:æqua
ta euentu publico priuatoꝗ filii laudibus.Data ex p̄da militibus æris octo geni bini ſagaꝗ & tunicæ: p̄
mia illa tēpeſtate militiæ haud q̄q̄ ſpernēda.His ita rebus geſtis nec ī ſamnitibus adhuc:nec ī Ethruria Ab eſer
pax erat:nā & peruſinis auctoribus poſt deductū ab cōſule exercitū rebellatū fuerat:& ſamnites p̄datū nia q̄ Sā
in agrū ueſtinū formianūꝗ:& partē aliā ī eſerunicum quoꝗ:quæ uulturno adiacet flumini:deſcēdere. nitiū fu
Aduerſus eos. Ap.Claudius p̄tor cum exercitu deciano miſſus.Fabius ī Ethruria rebellāte denuo quat it eſerni
tuormillia & qngentos peruſinoꝝ occidit:cepit ad mille ſeptīgentos q̄draginta:q redēpti ſinguli æris acū eſt
trecētis decē:p̄da alia oīs militibus cōceſſa.Sānitium legiones cū partim Appius prætor: partim.L.Vo
lumnius ꝓconſul ſequeretur:ī agrum ſtellatem cōuenerunt:ibi & ſamnitiū legiones oēs conſidunt: &
Appius Volumniuſꝗ caſtra cōiungunt:pugnatum īfeſtiſſimis aīs hīc ira ſtimulāte aduerſus rebellātes
totiēs:illinc ab ultima iam dimicātibus ſpe.Cæſa ergo ſamnitiū.xvi.millia trecēti:capta duomillia ſepti
genti.Felix annus bellicis rebus peſtilētia grauis prodigiiſꝗ ſollicitus:nā & terrā multifariam pluuiſſe:
& ī exercitu Appii Claudii plæroſꝗ fulmine ictos nūciatum eſt:libriꝗ ob hæc aditi.Eo anno.Qu.Fa/
bius Gurges conſulis filius aliquot matronas ad populum ſtupri damnatas pecunia mulctauit:ex quo
mulctaticio ære Veneris ædem:quæ ꝓpe circū ē:faciēdā curauit.Superſunt ēt nunc ſamnitium bella:
quæ continua per quartū iam uolumen annūꝗ ſextū & q̄drageſimū a.M.Valerio.A.Cornelio cōſuli/
bus:q primi Samnio arma ītulerūt:agimus:& ne tot annoꝝ cladem utriuſꝗ gētis laboreſꝗ actus nūc Sānitiū
referam:qbus nequiuerūt tamē dura illa pectora uīci:proximo anno ſamnites ī ſentinati agro pelignis cedes
ad Tifernū ſtellatibus cāpis ſuis ipſi legionibus mixti alienis:ab q̄ttuor exercitibus:q̄ttuor ducibus ro/
manis cæſi fuerāt:īperatorem clariſſimū gētis ſuæ amiſerāt:ſocios belli ethruſcos:umbros:gallos ī ea/
dem fortuna uidebāt:qua ipſi erāt:nec ſuis externis uiribus iam ſtare poterāt:tamē bello nō abſtinebāt
adeo ne īfœliciter quidē defenſæ libertatis tedebat:& uīci:q nō tēptare uictoriā malebāt: qui nā ſit ille:
quē nō pigeat lōginqtatis belloꝝ ſcribendo legendoꝗ:quæ gerētes non fatigauerunt?Qu.Fabium.P.
Dreciū.M.Poſthumius Megellus &.M.Attilius Regulus cōſules ſecuti ſunt.Samniū ambobus decreta M.Po/
prouīcia eſt:qa tres ſcriptos hoſtium exercitus uno Ethruriam:altero populationē Cāpaniæ repeti:ter ſthumi
tium tuēdis parari finibusfama erat.Poſthumiū ualitudo aduerſa Romæ tenuit:Attilius extēplo ꝓfe us.M.
ctus ut ī Samnio hoſtes(ita.n.placuerat patribus)nondū egreſſos opprimeret:uelut excōpoſito ibi ob/ Attiliuſ
uium habuere hoſtē ubi & intrare nedū uaſtare ipſi ſamnitiū agrum prohiberētur.& regredi īde in pa conſ.
cata ſociorūꝗ populo romano fines ſamnites prohiberent:cum caſtra caſtris collata eēnt:quod uis ro/
manus totiens uictor auderet:auſi ſamnites ſunt:tātum deſpatio ultima temeritatis facit caſtra roma/
na oppugnare:& q̄q̄ non uenit ad finem tam audax inceptū:tamē haud omnino uanum fuit. Nebula
erat ad multum diei denſa adeo:ut lucis uſum eriperet:non proſpectu modo extra uallum adēpto: ſed
propinquo ēt congredientiū inter ſe conſpectu:hac uelut latebra īſidiaꝝ fræti ſamnites uix dum ſatis
certa luce & eam ipſam premēte caligne:ad ſtationē romanā ī portā ſegniter agētē uigilias ꝑueniūt. Im
prouiſo oppreſſis nec animi ſatis ad reſiſtēdū nec uiriū fuit:ab tergo caſtroꝝ decumana porta īpetus fa
ctus:itaꝗ captū quæſtoriū q̄ſtorꝗ ibi.L.Opimius Pāſa occiſus:cōclamatū īde ad arma: cōſul tumultu
excitus cohortes duas ſocioꝝ lucanā ſueſſānamꝗ:quæ ꝓximæ forte erāt:tueri p̄torium iubet:manipu
los legionū prīcipali uia inducit:uix dū ſatis armis aptatis ī ordines eunt:& clamore magis:quā oculis
hoſtē noſcunt:nec q̄tus numerus ſit:æſtimare pōt:cedūt primo īcerti fortunæ ſuæ: & hoſtē ītrorſum
in media caſtra accipiūt:īde cū cōſul uociferaret:expulſi ne extra uallū caſtra deīde ſua oppugnaturi eſ
ſent:rogitās clamore ſublato cōnixi primo reſiſtūt:deīde īferūt pedē:urgentꝗ:& īpulſos ſemel terrore
eodē agūt:quo cœperūt:expellūt extra portā uallūꝗ:inde ꝑgere ac ꝓſequi:quia turbida lux metū circa
inſidiaꝝ faciebat:nō auſi liberatis caſtris cōtenti receperūt ſe ītra uallū trecentis ferme hoſtiū occiſis ro
manoꝝ ſtatiōis primæ uigilūꝗ & eoꝝ:q circa q̄ſtoriū opp̄ſſi ꝑiere ad.ccxxx.Aīos īde ſamnitibus nō ī/ Sānitiū
felix audacia auxit:& nō mō ꝓferre īde caſtra romanū:ſed ne pabulari qdē ꝑ agros ſuos patiebant: re/ audacia
tro ī pacatū ſoranū agrū pabulatores ibāt.Quaꝝ reꝝ fama tumultuoſior:ēt q̄ res erāt:ꝑlata Romam
coegit.L.Poſthumiū cōſulē uix dum ualidū ꝓficiſci ex urbe:prius tamē:q̄ exiret:militibus edicto.Sorā
iuſſis cōuenit ipſe ædē Victoriæ:q̄ ædilis curulis ex mulctaticia pecūia faciendā curauerat:dedicauit.Ita
ad exercitū ꝓfectus ab Sora ī Sāniū ad caſtra collegæ prexit:īde poſteaq̄ ſamnites diffiſi duobus exerci/
tibus reſiſti poſſe receſſerūt:diuerſi cōſules ad uaſtādos agros urbeſꝗ oppugnādas diſcedūt. Poſthumi
us Milonīā oppugnare adortus ui prio atꝗ īpetu:deīde poſteaq̄ ea paꝝ ꝓcedebant:ope ac uineis demū
iniūctis muro cepit:ibi capta iā urbe ab hora q̄rta uſꝗ ad octauā fere horā oībꝰ ꝑtibus diu īcerto euētu

**Ferentinum deſeritur** pugnatū eſt:poſtremo potitur oppido romanus:ſamnitiū cæſi triamillia treceti:capti q̃ttuormillia ac. dcc.præter ꝑdam aliam.Inde Ferentinum ductæ legiones:unde oppidani cum oībus rebus : quæ ferri agiq; potuerunt:nocte ꝑ auerſam portam ſilētio exceſſerunt.Igitur ſimul aduenit cōſul prīo ita cōpoſitus iſtructuſq; mœnibus ſucceſſit:tāq̃ idē qd̄ ad Miloniam fuerat:certaminis foret: deīde ut ſilentium uaſtū in urbe nec arma:nec uiros ī turribus ac muris uidit:auidū inuadendi deſerta mœnia militē detinet:nequam occultam in fraudē īcautus rueret:duas turmas ſocioꝶ nominis latini circūequitare mœnia atq; explorare oīa iubet:equites portā unā alteramq; eadē regione in ꝓpinquo patentes cōſpiciunt: itineribuſq; iis nocturnæ hoſtiū fugæ ueſtigia:adequitāt deīde ſenſim portis:urbemq; ex tuto rectis itineribus ꝑ uiam conſpiciūt:& cōſuli referunt exceſſum urbe:ſolitudine haud dubia id perſpicuū eſſe & recētibus ueſtigiis fugæ ac ſtrage reꝶ in trepidatione nocturna paſſim relictaꝶ.His auditis cōſul ad eā partē urbis quā adierāt eqtes:circūducit agmē:cōſtitutiſq; haud ꝓcul porta ſignis:quīq; eqtes iubet intrare urbē:& modicū ſpatium ꝓgreſſos tris manere eodē loco:ſi tuta uideātur:duos explorata ad ſe referre.Qui ubi redierūt:rettulerūtq; eo ſe ꝓgreſſos:unde in oīs partes circūſpectus eſſet:lōge lateq; ſilentium ac ſolitudinē uidiſſe:extēplo conſul cohortes expeditas in urbē eduxit:cæteros iterim caſtra communire iuſſit.Ingreſſi milites refractis foribus paucos graues ætate aut īualidos īueniūt:relictaq;: quæ migratu difficilia eēnt:ea direpta:& cognitū ex captiuis eſt cōmuni cōſilio aliquot circa urbes conſciſſe: fugam:ſuos prima uigilia ꝓfectos credere eandē ī aliis urbibus ſolitudinē inuēturos. Dictis captiuoꝶ fides extitit:deſertis oppidis cōſul potit̄.Alteri cōſuli.M.Attilio neq̃q̃ tam facile bellum fuit:cū ad Luceriam duceret legiones:q̄ oppugnari ab ſamnitibus audierat:ad finem lucerinū ei hoſtis obuius fuit:

**Plura ſamnitium oppida deſtituta** ibi ira uires æquauit:ꝑlium uariū & anceps fuit:triſtius tamen euētu romanis & quia īſueti erant uici: & quod digredientes magis:quā ī ipſo certamine ſenſerūt:q̃tū ī ſua parte plus uulnerū ac cædis fuiſſet. Itaq; is terror ī caſtris ortus:qui ſi pugnātes cepiſſet:īſignis accepta clades foret:tum quoq; ſollicita nox fuit iā inuaſuꝶ caſtra ſamnitē credētibus:aut prima luce cū uictoribus cōſerēdas manus.Minus cladis: cæterum non plus animoꝶ ad hoſtes erat:ubi primū illuxit:abire ſine certamine cupiunt.Sed uia una & ea ipſa ꝑter hoſtes erat:quā ingreſſi ꝓbuere ſpeciem recta tendētiū ad caſtra oppugnāda.Cōſul arma capere milites iubet:& ſequi extra uallū:legatis:tribunis præfectis ſocioꝶ imperat:qd̄ apud quenq; facto opus eſt.Omnes affirmāt ſe qdē omnia facturos:ſed militū iacere animos:tota nocte inter uulnera & gemitus morietiū uigilatū eſſe.Si ante lucē ad caſtra uentū foret:tātū pauoris fuiſſe ut relicturi ſigna

**Cōſulis hortatio** fuerint:nūc pudore a fuga cōtineri:alioqn ꝓ uictis eē.Quæ ubi conſul accepit:ſibimetipſi circūeundos alloquēdoſq; milites ratus:ut ad quoſq; uenerat:cūctātes arma cape icrepabat: qd ceſſarēt: tergiuerſarēturq;?hoſtē ī caſtra uētuꝶ:niſi illi extra caſtra exiſſēt:ꝓ tētoriis ſuis pugnaturos:ſi ꝓ uallo nollēt:armatis ac dimicātibus dubiā uictoriā eē:q nudus atq; inermis hoſtē māeat:ei aut mortē aut ſeruitutē patiēdā.Hæc iurgāti īcrepātiq; reſpōdebāt cōfectos ſe pugna heſterna:nec uiriū qcq̄:nec ſanguīs ſupeſſe:maiorē multitudinē hoſtiū apparere:quā pridie fuerit.Inter hæc appropiquabat agmē:& iā breuiore interuallo certiora ītuētes uallū ſecū portare ſamnitem affirmant:nec dubium eē qn caſtra circunuallaturi ſint.Tūc eniuero cōſul īdignū facinus eē uociferari tātā contumeliā ignominiāq; ab ignauiſſimo accipi hoſte:ēt ue circūſedebimur:inqt:ī caſtris ut fame potius ꝑ ignominiā quā ferro:ſi neceſſe ē:per uirtutē moriamur?dii bene uerterēt facerentq;:qd̄ ſe dignū qſq; ducerēt:cōſulē.M.Attiliū uel ſolū:ſi nemo alius ſequat̄:ituꝶ aduerſus hoſtes:caſurūq; iter ſigna ſamnitiū potius:quā circūuallari caſtra romana uideat.Dicta cōſulis legati tribuniq; oēs turmæ equitū & cēturiones primoꝶ ordinū approbauere:tū pudore uictus miles ſegniter arma capit:& ſegniter e caſtris egredit̄ lōgo agmine:nec cōtinēti mœſti ac ꝓpe uicti ꝓcedūt uerſus hoſtē:nec ſpe:nec aīo certiorē:itaq; ſimul cōſpecta ſunt romana ſigna: extemplo a primo ſamnitiū agmine ad nouiſſimū fremitus ꝑfertur.exire id qd̄ timuerūt ad īpediēdū iter romanos:nullā īde ne fugæ qdē patere uiā:illo loco aut cadēdū eē:aut ſtratis hoſtibus ꝑ corpora eoꝶ euadendum.In medio ſarcinas coniiciūt:armati ſuis qſq; ordinibus īſtruūt aciē.Iā exiguū inter duas acies erat ſpatiū & ſtabāt expectātes:dū ab hoſtibus prius īpetus prius clamor īciperet:neutris aīus ē ad pugnandum .Diuerſi ītegri atq; ītacti abiiſſent:ni cedēti īſtaturū alteꝶ timuiſſēt:ſua ſpōte iter īuitos tergiuerſanteſq; ſegnis pugna clamore īcerto atq; īpari cœpit:nec ueſtigio qſq̄ mouebat̄.Tū cōſul romanus: ut rem excitaret:eqtū paucas turmas extra ordinē īmiſit:quoꝶ cū pleriq; delapſi ex equis eēnt:& alii turbati:& ab ſamnitium acie ad opprimēdos eos:q ceciderāt:& ad ſuos tuēdos ab romanis ꝓcurſum ē.Inde paululū irritata pugna ē:ſed aliquāto & īpigre magis:& plures ꝓcurrebāt ſamnites:& turbatus eques ſua ipſa ſubſidia territis eqs ꝓculcauit:hīc fuga cœpta totā auertit aciē romanā.Iāq; ī terga fugientium ſamnites pugnabāt:cū cōſul equo ꝑuectus ad portā caſtroꝶ ac ſtatiōe eqtū ibi oppoſita:edictoq; ut quicunq; ad uallū tēderet:ſiue ille romanus:ſiue ſamnis eēt:ꝓ hoſte haberet̄:hæc ipſa minitās obſtitit ꝓfuſe cedētibus ſuis ī caſtra:quo ꝑgis:inqt:miles?& hic arma:& uiros īuenies:nec uiuo conſule tuo:niſi uictor caſtra ītrabis:proīde elige cū ciue:an hoſte pugnare malis.Hæc dicēte cōſule equites īfeſtis cuſpidi-

**Att.cōſulis ferociam** bus circūfunduntur:ac pedites ī pugnam redire iubent.Non uirtus ſolum cōſulis:ſed fors etiam adiuuit:quod nō īſtiterunt ſamnites:ſpatiūq; circūagendi ſigna reuertendiq; aciem a caſtris ī hoſtē fuit. Tū alii alios hortari ut repeterēt pugnam:centuriones ab ſigniferis rapta ſigna īferre:& oſtendere ſuis paucos &ordinibus incompoſitis effuſe uenire hoſtes.Inter hæc cōſul manus ad cælū attollens uoce clara: ita ut exaudiretur templnm Ioui Satori uouet:ſi conſtitiſſet a fuga romana acies: redintegratoq; ꝑlio cecidiſſet:uiciſſetq; legiones ſamnitiū:omnes undiq; anniſſi ad reſtituendam pugnā duces milites pedi

tum equitumq; uis:nomen etiã deoꝝ reſpexiſſe nomen romanũ uiſum:adeo facile inclinata res: repul
ſiq; a caſtris hoſtes:mox & iam redacti ad eũ locum:in quo cõmiſſa pugna erat.Ibi obiacente ſarcinarũ
cumulo:quas coniecerant ĩ medium hæſere impediti:deĩde ne diriperentur res:orbem armatoꝝ ſarci/
nis circũdant.Tum uero eos a frõte urgere pedites:ab tergo circũuecti equites:ita ĩ medio cæſi captiq;.
Captiuorum numerus fuit ſeptẽ milia ac.dcc.qui omnes nudi ſub iugum miſſi:cæſos rettulere ad q̃t/
tuormillia octingentos.Nec romanis q̃dem læta uictoria fuit:recẽſente conſule biduo acceptam cladẽ
amiſſorum militũ numerus relatus ſeptẽmillia ac trecenti.Dum hæc ĩ Appulia gerebãtur:altero exer/
citu ſamnites ĩteramnem coloniã romanã:quæ uia latina eſt:occupare conati urbẽ nõ tenuerũt:agros
depopulati cum p̄dam aliam inde mixtam hominum atq; pecudum colonoſq; captos agerent:ĩ uicto/
rem incidunt conſulẽ ab Luceria redeuntem: nec prædam ſolum amittunt:ſed ipſi longo atq; ĩpedito
agmine incõpoſiti cæduntur.Conſul interamnẽ edicto dominis ad res ſuas noſcẽdas recipiẽdaſq; reuo
catis:& exercitu ibi relicto:comitioꝝ cauſa Romam ẽ profectus.Cui de triumpho agenti negatus ho/
nos:& ob amiſſa tot millia militũ:& q̃d captiuos ſine pactione ſub iugum miſiſſet:conſul alter Poſthu
mius:quia ĩ ſamnitibus materia belli deerat:in Ethruriã traducto exercitu primũ peruaſtauerat uolſi/
nienſem agrum:deĩde tum egreſſis ad tuendos fines haud procul mœnibus ipſoꝝ depugnat:duomil/
lia tercentum ethruſcoꝝ cæſi:cæteros propinquitas urbis tutata eſt.In roſellanum autẽ agrũ exercitus
traductus:ibi non agri tãtum uaſtati:ſed oppidũ etiã expugnatũ:capta amplius duomillia hominum:
minus duomillia circa muros cæſa.Pax tamẽ clarior maiorq;:quã bellum in Ethruria eo anno fuerat:
parta ẽ:tres ualidiſſimæ urbes Ethruriæ capita Volſini Peruſia Arretiũ pacẽ petiere:& ueſtimẽtis mili
tum frumentoq; pacti cũ cõſule:ut mitti Romã oratores liceret:inducias ĩ.xl.annos ĩpetrauerunt:mul
cta præſens q̃ngentũ millium æris in ſingulas ciuitates ĩpoſita. Ob haſce res geſtas cõſul cũ triũphum
ab ſenatu moris magis cauſa:quã ſpe ĩpetrandi petiſſet:uideretq; alios:q̃d tardius ab urbe exiſſet : alios
quod iniuſſu ſenatus ex Samnio ĩ Ethruriã tranſiſſet:partim ſuos inimicos:partim collegæ amicos:ad
ſolatiũ æquatæ repulſæ ſibi quoq; negari triũphũ:non ita:inquit patres cõſcripti ueſtræ maieſtatis me
minero:ut me cõſulẽ eſſe obliuiſcar:eodẽ iure ĩperii:quo bella geſſi bellis feliciter geſtis Samnio atque
Ethruria ſubactis uictoria & pace parta triũphabo:ita ſenatũ reliq̃t.Inde ĩter tribunos plebis contentio
orta eſt:pars ĩterceſſuros ne nouo exemplo triũpharet:aiebant:pars auxilio ſe aduerſus collegas trium/
phanti futuros.Iactata res ẽ ad populũ:uocatuſq; eo cõſul cũ.L.Horatiũ Marcũ Valeriũ cõſules.C.Mar
tium Rutiliũ nuꝑ patrẽ eius:q̃ tũc cẽſor eſſet:nõ ex auctoritate ſenatus:ſed iuſſu populi triũphaſſe dice
ret:adiiciebat ſe quoq; latuꝝ fuiſſe ad populũ:ni ſciret mãcipia nobiliũ tribunos plebis legem ĩpeditu/
ros:uolũtatem ſibi ac fauorẽ cõſentientis populi pro oĩbus iuſſis affutura.Poſtero die auxilio tribuno/
rum plebis aduerſus trium ĩterceſſionẽ.vi.tribunoꝝ & cõſenſum ſenatus celebrãte populo diẽ trium/
phauit.Et huius anni paꝝ cõſtãs memoria ẽ.Poſthumiũ auctor ẽ Claudius ĩ Samnio captis aliquot ur
bibus ĩ Appuliã fuſum fugatũq;:ſauciũ ipſum cum paucis Luceriã cõpulſum:ab Attilio ĩ Ethruria res
geſtas:eumq; triũphaſſe.Fabius ambos cõſules ĩ Samnio:& ad Luceriam res geſſiſſe ſcribit:traductũq;
in Ethruriã exercitũ:ſed ab utro cõſule nõ adiecit:& ad Luceriã utrinq; multos occiſos:ĩ eaq; pugna Io/
uis Statoris ædẽ uotã ut Romulus ante uouerat:ſed tantũ id ẽ locus tẽplo iã ſacratus:effatus fuerat.Cæ
terũ hoc demũ anno ut ædẽ ẽt fieri ſenatus iuberet:bis eiuſdẽ uoti dãnata reſpublica ĩ religionẽ uenit.

M.Poſthumius ĩuito ſenatu trium/phat

Sequitur hunc annũ & cõſul inſignis.L.Papyrius Curſor tam paterna gloria:quã ſua : & bellũ ingẽs
uictoriaq; quantã de ſamnitibus nemo ad eam die p̄ter.L.Papyrium patrem cõſulis pepererat:& forte
eodẽ conatu apparatuq; omni opulentia ĩſigniũ armorũ bellum adornauerant:& deoꝝ ẽt adhibuerãt
opes ritu quodam ſacramenti uetuſto uelut initiatis militibus:delectu per omne Samniũ habito noua
lege:ut qui iuniorum nõ conueniſſet ad ĩperatorẽ:quiq; iniuſſu abiſſet:caput Ioui ſacratum erat.Tum
exercitus oĩs Aq̃loniam eſt ĩdictus:ad.xl.millia militũ:quod roboris ĩ Samnio erat:cõuenerunt:ibi me
diis fere caſtris locus eſt cõſeptus cratibus:pluteiſq;:& lĩteis cõtectus:patens ducẽtos maxĩe pedes ĩ oẽs
pariter partes.Ibi ex libro uetere lĩteo lecto ſacrificatũ ſacerdote Ouio Paccio quodam hoĩe magno na
tu:qui ſe id ſacrum petere affirmabat ex uetuſta ſamnitiũ religione:qua quõdam uſi maiores eoꝝ fuiſ
ſent:cum adimendæ ethruſcis Capuæ clãdeſtinũ cepiſſent conſiliũ.Sacrificio p̄fecto:per uiatorem ĩpe/
rator acciri iubebat nobiliſſimũ quẽq; genere factiſq;:ſinguli ĩtroducebantur:erat tum alius apparatus
ſacri:qui perfundere religiõe animum poſſet:tum ĩ loco circa omni contecto adipe aræ in medio uicti/
mæq; circa cæſe:& circunſtantes cẽturiones ſtrictis gladiis:admouebatur altaribus miles magis ut ui/
ctima:quam ut ſacri particeps:adigebaturq; iureiurãdo:quæ uiſa auditaq; ĩ eo loco eſſent:non enuncia
turum:dein iurare cogebant diro quodam carmine ĩ execrationẽ capitis familiæq; & ſtirpis compoſi/
to:niſi iſſet in prælium:quo imperatores duxiſſent:& ſi aut ipſe ex acie fugiſſet:aut ſiquem fugientẽ ui
diſſet:nõ extẽplo occidiſſet.Id primo quidã abnuentes iuraturos ſe obtruncati circa altaria ſunt: iacen/
tes deinde inter ſtragẽ uictimaꝝ documento cæteris fuere:ne abnuerẽt.Primoribus ſamnitium ea de/
teſtatione obſtrictis decem nominatis ab imperatore:eis dictum:ut uir uirum legeret:donec ſedecim/
milliũ numerũ cõfeciſſent:ea legio linteata ab integumento conſepti:quo ſacrata nobilitas erat:appella
ta eſt:his arma inſignia data:& criſtatæ galeæ:ut inter cæteros eminerẽt.Paulo plus uigĩti milliũ alius
exercitus fuit:nec corporum ſpecie:nec gloria belli:nec apparatu linteatæ legioni diſpar:hic hoĩum nu/
merus:quod roboris erat:ad Aquiloniam conſedit.Conſules profecti ab urbe prior.Sp.Caruilius : cui
ueteres legiones:quas.M.Attilius ſuperioris anni conſul in agro interamnati reliquerat:decretæ erant:

L.Papyriuſ.Sp.Caruilius conſ.

Atẽ.Cõiuratio/nis ge/nus in ſamnio

Legio. Sacrata

Amiternũ Sánitiũ oppidum Amiternũ ubi

cum eis in Samnium profectus:dum hoſtes operati ſuperſtitionibus concilia ſecreta agunt. Amiternũ
oppidũ de ſamnitibus ui cepit:cæſa ibi millia hominum duo ferme atq; octigenti:capta quattuormil/
lia ducenti ſeptuaginta.Papyrius nouo exercitu:ita uero decretũ erat ſcripto.Duroniá urbem expugna
uit:minus quam collega cepit hominũ:plus aliquáto occidit:præda opulenta utrobiq; eſt parta.Inde ꝑ
uagati Samnium cõſules maxime depopulato Atinate agro:Caruilius ad Cominiũ:Papyrius ad Aqlo
niam:ubi ſumma rei ſamnitium erat:ꝑuenit:ibi aliquádiu nec ceſſatum ab armis eſt:nec gnauiter pu/
gnatum:laceſſendo qietos:reſiſtentibus cedẽdo:cõminádoq; magis:quá inferendo pugná dies aſſume
batur:qđ cũ inciperetur:remitteretur q;:omnium rerum etiá paruarum euentus proferebatur in dies.
Altera romana caſtra uigĩtimillium ſpatio aberát:& abſentis collegæ cõſilia omnibus gerẽdis ĩtererát
rebus:intentiorq; Caruilius:quo maiore diſcrimine res uertebatur in Aquiloniá : quá ad Cominium:
quod obſidebat:erat.L.Papyrius iá per oĩa ad dimicádum ſatis paratus nuncium eo ad collegá mittit:
ſibi in aĩo eſſe poſtero die ſi per auſpicia liceret:cõfligere cum hoſte:opus eſſe & illum:quanta maxima
ui poſſet.Cominiũ oppugnare:ne quid laxamẽti ſit ſamnitibus ad ſubſidia Aquiloniam mittẽda.diem
ad proficiſcẽdum nuncius habuit:nocte rediit approbare collegam conſulta referens.Papyrius nuncio
miſſo extẽplo concionem habuit:multa de uniuerſo genere belli:multa de præſenti hoſtium apparatu
uana magis ſpecie:quá efficaci ad euẽtum diſſeruit.Non.n.criſtas uulnera facere:& per picta atq; aurata
ſcuta tráſire romanum pilum:& cádore tunicarum fulgẽtem aciem:ubi res ferro geratur:cruẽtari. Au
ream olim atq; argenteam ſamnitium aciem a parente ſuo occidiõe occiſam:ſpoliaq; ea honeſtiora ui/
ctori hoſti:quam ipſis arma fuiſſe.Datum hoc forſan nomini familiæq; ſuæ:ut aduerſus maximos co
natus ſamnitium opponerent͛ duces:ſpoliaq; ea referrent:quæ ĩſignia etiá publicis locis decorandis eſ/
ſent.Deos ĩmortales adeſſe propter totiens petita fœdera:totiens rupta:tũ ſiqua coniectura mẽtis diui
næ ſit:nulli unq̃ exercitui fuiſſe ĩfeſtiores:quá qui nefando ſacro mixta hoĩum pecudũq; cæde reſper/

Papyrius ſuos ad pugná hortat͛

ſus ancipiti deum iræ deuotus:hĩc fœderꝶ cum romanis ictoꝶ teſtes deos:hĩc iuriſiurádi aduerſus fœ/
dera ſuſcepti execrationes horrens inuitus iurauerit:oderit ſacramẽtũ:uno tempore deos ciues hoſtes
metuat:Hæc cõperta ꝑfugarum indiciis cũ apud infenſos iá ſua ſponte milites diſſeruiſſet: ſimul diui/
næ humanæq; ſpei pleni clamore conſentienti pugná poſcunt:pœnitet ĩ poſterum diem dilatum certa
men:moram diei noctiſq; oderunt.Tertia uigilia noctis iá relatis litteris a collega Papyrius ſilentio ſur
git:& pullariũ ĩ auſpiciũ mittit.Nullũ erat genus hoĩum ĩ caſtris intactũ cupiditate pugnæ:ſummi infi
miq; æque intẽti erát:dux militũ:miles ducis ardoré ſpectabat.Is ardor oĩum ẽt ad eos:qui auſpicio in/
tererát:ꝑuenit:ná cum pulli nõ paſcerent͛:pullarius auſpiciũ mentiri auſus tripudiũ ſolliſtimũ conſuli
nuociauit.Cõſul lætus auſpiciũ egregiũ eſſe:& deis auctoribus rem geſturos ꝓnunciat:ſignũq; pugnæ
proponit.Exeunti iá forte ĩ aciem nũciat ꝑfuga uigĩti cohortes ſamnitiũ:q̃drigenariæ ferme erant.Co
minium ꝓfectas:qđ ne ignoraret collega:extẽplo nunciũ mittit:ipſe ſigna ocius ꝓferri iubet:ſubſidiaq;
ſuis quæq; locis & p̃fectos ſubſidiis attribuerat.Dextero cornu.L.Volũnium:ſiniſtro.L.Scipioné:equi
tibus legatos alios.C.Cedìtiũ:& Trebonium p̃fecit.Sp.Nautium mulos detractis clitellis cum cohorti
bus alariis ĩ tumulũ cõſpectum ꝓpere circũducere iubet:atq; inde ĩter ipſam dimicationé:q̃to maxime
poſſet:moto puluere oſtẽdere.Dum his intẽtus ĩperator erat:altercatio inter pullarios orta de auſpicio
eius diei:auditaq; ab equitibus romanis:q rem haud ſpernádá rati.Sp.Papyrio fratris filio cõſulis am/
bigi de auſpicio nũciauerunt:Iuuenis ante doctriná deos ſpernẽtem nactus:rem inqſitam:neqd incom
pertum deferret:ad conſulem detulit:cui ille:tu qdem macte uirtute diligentiaq; eſto:cæterꝶ q auſpicio
adeſt:ſiqd falſi nũciat:in ſemetipſum religioné recipit:mihi qdem tripudiũ nunciatũ populo romano
exercituiq; egregiũ auſpiciũ é:centurionibus deĩde ĩperauit:ut pullarios ĩter prima ſigna cõſtituerent.
Promouent & ſamnites ſigna:inſeqtur acies ornata armataq;:ut hoſtiũ quoq; magnificũ ſpectaculum
eſſet.Priuſq̃ clamor tolleret͛ cõcurrereturq;:emiſſo temere pilo:ictus pullarius ante ſigna cecidit: quod
ubi cõſuli nũciatũ é:dii ĩ p̃lio ſunt:inqt:habet pœná noxiũ caput.Ante cõſulé hæc dicenté coruus uoce
clara occinuit:quo lætus augurio cõſul affirmás nũq̃ humanis rebus magis p̃ſentes affuiſſe deos:ſigna
canere & clamoré tolli iuſſit.Præliũ commiſſum atrox:cæterꝶ lõge diſparibus aĩs:romanos ira ſpes:ar

Att͛.pullarii exitum

dor certaminis auidos hoſtiũ ſanguinis in p̃liũ rapit:ſamnitiũ magná parté neceſſitas ac religio inuitos
magis reſiſtere:quá ĩferre pugná cogit:nec ſuſtinuiſſent primũ clamoré atq; ĩpetũ romanoꝶ ꝑ aliquot
iam ános uici aſſueti:ni potẽtior alius metus ĩſidẽs pectoribus a fuga retineret:qppe ĩ occulis erat oĩs il
le occulti paratus ſacri:& armati ſacerdotes:& ꝓmiſcua hoĩum pecudumq; ſtrages:& reſpſæ fando ne
fandoq; ſanguĩe aræ:& dira execratio:ac furiale carmẽ deteſtádæ familiæ ſtirpiq; cõpoſitũ:his uinculis
fugæ obſtricti obſtabát ciué magis:q̃ hoſté timẽtes.Inſtare romanus a cornu utroq; a media acie:& cæ
dere deoꝶ hoĩumq; attonitos metu repugnat͛ ſegniter:ut ab his:quos timor moraret͛ a fuga . Iá prope
ad ſigna cædes ꝑuenerat:cum ex tráſuerſo puluis uelut ĩgẽtis agminis ĩceſſu motus apparuit.Sp.Nau/
tius .Octauiũ Metiũ qdá eũ tradũt:dux alaribus cohortibus erat:pulueré maioré:q̃ pro numero excita/
bant:ĩſidẽtes mulis calones frõdoſos ramos ꝑ terrá trahebát:arma ſignaq; ꝑ turbidá lucé ĩ prĩo appare
bant:poſt altior dẽſiorq; puluis eqtũ ſpecié cogẽtiũ agmen dabat:fefellitq; nõ ſamnites modo:ſed ẽt ro
manos:& cõſul affirmauit erroré clamitans ĩter prima ſigna ita:ut uox ẽt ad hoſtes accederet : captum
Cominũ: uictoré collegam adeſſe:anniterent͛ uicere priuſq̃ gloria alterius exercitus fieret:hæc ĩſidens
equo:ĩde tribunis cẽturionibuſq; ĩperat:ut uiá equitibus patefaciát:ipſe Trebonio Ceditioq; p̃dixerat:
ut ubi ſe cuſpidé erectá q̃tienté uidiſſent:q̃ta maxima ui poſſent:cõcitarent eqtes ĩ hoſté . Ad nutũ oĩa:

ũt ex ante præparato fiunt:panduntur ĩter ordines uiæ:prouolat eques:atqꝫ ĩfeſtis cuſpidibus ĩ mediũ
agmen hoſtium ruit:perrumpitqꝫ ordines:quacunqꝫ impetum dedit:inſtant Volumnius:& Scipio: &
perculſos ſternunt. Tũ iam deoꝝ hominumqꝫ uicta uis fundũtur linteatæ cohortes:pariter iurati iniu Iurati ĩ/
riatiqꝫ fugiunt:nec quẽq̃ præter hoſtes metuunt:Peditum agmen:quod ſuperfuit pugnæ: in caſtra ad iuratiqꝫ
Aquiloniam cõpulſum ẽ:nobilitas equiteſqꝫ Bouianum ꝓfugerũt:equitem eques ſeqtur:peditem pe/
des:ac diuerſa cornua dexterum ad caſtra ſamnitium:leuum ad urbem tẽdit. Prior aliquãto Volũnius
caſtra cepit:ad urbem Scipioni maiore reſiſtitur ui:nõ quia plus animi uictis ẽ: ſed melius muri:quam
uallum armatos arcent:idem lapidibus propulſant hoſtem. Scipio niſi ĩ primo pauore:priuſq̃ collige/
rentur animi:tranſacta res eſſet:lentiorem fore munitæ armis urbis oppugnationem ratus:interrogat
milites:ſatin æquo aĩo paterẽtur ab altero cornu caſtra capta eſſe:ſe uictores pelli a portis urbis? Recla/
mantibus uniuerſis primus ipſe ſcuto ſuper caput elato pergit ad portã:ſecuti alii teſtudine facta in ur/
bem perrumpunt:deturbatiſqꝫ ſamnitibus:q circa portam erãt:muros occupauere : penetrare ĩteriora
urbis:quia pauci admodũ erant:non audẽt. Hæc primo ignorare conſul:& ĩtentus recipiẽdo exercitui
eſſe:iam enim ꝓceps in occaſum ſol erat:& appetens nox ꝑiculoſa:& ſoſpecta omnia etiã uictoribus fa/
ciebat:progreſſus longius ab dextera caſtra capta uidet:ab leua clamorem ĩ urbe mixtum pugnãtium
ac pauẽtium fremitum eſſe:& tum forte certamen ad portã erat:aduectus deĩde equo propius:ut ſuos
in muris uidet:nec iam ĩtegri qcq̃ eſſe:quin temeritate paucoꝝ magnæ rei parta occaſio eſſet : acciri q̃s
receperat copias:ſignaqꝫ ĩ urbem ferri iuſſit:ingreſſi ex parte proxima:quia nox appropinquabat:quie/
uere nocte oppidum ab hoſtibus deſertũ:cæſa illo die ad Aquiloniã ſamnitium millia.xxx.cccxl.capta xxx.Sã/
quattuormillia.dccc.&.lxx.ſigna miliaria.xc.vii. Cæterum illud memoriæ tradiť non ferme aliũ ducẽ nitium
lætiorem ĩ acie uiſum ſeu ſuopte ĩgenio:ſeu fiducia bene gerendæ rei. Ab Eodẽ robore animi neqꝫ con uno die
trouerſo auſpicio reuocari a prælio potuit:& ĩ ipſo diſcrimine:quo tẽpla diis ĩmortalibus uoueri mos cæſa.
erat:uouerat Ioui Victori:ſi legiones hoſtium fudiſſet:pauxillũ mulſi prius:quam temetũ biberet: ſeſe cccxl.
facturum:id uotum diis cordi fuit:& auſpicia ĩ bonum uerterũt. Eadẽ fortuna ab altero cõſule ad Co/
miniũ geſta res:prima luce ad mœnia oĩbus copiis admotis corona cinxit urbem:ſubſidiaqꝫ firma:ne/
qua eruptio fieret:portis oppoſuit. Iã ſignũ dãtẽ eum nũcius a collega trepidus de uigĩti cohortiũ aduẽ
tu & ab ĩpetu moratus ẽ:& partẽ copiaꝝ reuocare ĩſtructã ĩtentãqꝫ ad oppugnandũ coegit. D. Brutum
Scæuã legatũ cũ legione prima & uigĩti cohortibus alariis eqtatuqꝫ ire aduerſus ſubſidiũ hoſtiũ iuſſit:
quocũqꝫ ĩ loco fuiſſet obuius:obſiſteret ac moraretť:manũqꝫ:ſi forte ita res poſceret:cõferret : modo ne
ad Cominiũ eæ copiæ admoueri poſſent:ipſe ſcalas ferri ad muros ab oĩ parte urbis iuſſit:ac teſtudine
ad portas ſucceſſit:ſimul & refrĩgebanť portæ:& uis undiqꝫ ĩ muros fiebat:ſamnites:ſicut ãteq̃ ĩ muris
uiderẽt armatoſ:ſatis aĩ habuerũt ad ꝓhibẽdos urbis aditu hoſtes:ita poſteaq̃ iã nõ ex ĩteruallo:nec miſ
ſilibꝫ ſed cõminus gerebať res:& qa ægre ſucceſſerãt ex plano ĩ muros:loco quẽ magis timuerãt:uicto
facile ĩ hoſtẽ ĩparẽ ex æquo pugnabãt:relictis turribus muriſqꝫ ĩ foꝝ oẽs cõpulſi pauliſper ĩde tẽptaue/
runt extremã pugnæ fortunã:deĩde abiectis armis ad.xi.millia hoĩum & trecẽti ĩ fidẽ cõſulis uenerũt:
cæſa ad q̃ttuormillia ac.ccclxxx. Sic ad Cominiũ:ſic ad Aqloniã geſta res. In medio ĩter duas urbes ſpa/ Aqlõia
tio:ubi tertia expectata erat pugna:hoſtes nõ ĩuenti:ſeptẽmillia paſſuũ cũ abeſſent a Cominio:reuocati capitur
ab ſuis:neutri ꝑlio occurrerunt primis ferme tenebris cũ ĩ cõſpectu iam caſtra ad Aqloniã habuiſſent: Comi/
clamor eos utriqꝫ par accidẽs ſuſtinuit:deĩde regione caſtroꝝ:quæ ĩcenſa ab romanis erãt:flama late fu niũ ca/
ſa certioris cladis ĩdicio progredi lõgius ꝓhibuit. Eo ipſo loco ꝓpe temere ſub armis ſtrati paſſim ĩnqe pitur
tum omne tẽpus noctis expectãdo timẽdoqꝫ lucẽ egere:prima luce ĩcerti quã ĩ partẽ intẽderunt iter:re/
pente ĩ fugam cõſternantur:cõſpecti ab eqtibus:qui egreſſos nocte ab oppido ſamnites pſecuti uiderãt:
multitudinẽ non uallo:nõ ſtatiõibus formatam:cõſpecta & ex muris Aqloniæ ea multitudo erat : iãqꝫ
etiam legionariæ cohortes ſequebantur:cæteꝝ nec pedes fugiẽtes perſequi potuit:ab equite nouiſſimi
agminis ducenti ferme & octoginta ĩterfecti:arma multa pauidi ac ſigna militaria duodeuigĩti relique
re:alio agmine ĩcolumi uix ex tãta trepidatione Bouianũ puẽtum ẽ. Læticiã utriuſqꝫ exercitus romani
auxit:& ab altera parte feliciter geſta res:uterqꝫ ex alterius ſnĩa conſul captũ oppidũ diripiendum militi
dedit:exhauſtis deĩde tectis ignem iniecit:eodemqꝫ die Aqlonia:& Cominium deflagrauere:& cõſules Sãnitiũ
cum gratulatione mutua legionũ ſuaqꝫ caſtra cõiunxere. In cõſpectu duoꝝ exercituũ & Caruilius ſuos fuga
ꝓ cuiuſqꝫ merito laudauit:donauit:& Papyrius:apud quẽ multiplex ĩ acie circa caſtra circa urbem fue
rat certamen. Sp. Nautium. Sp. Papyrium fratris filium:& quattuor centuriones manipulumqꝫ haſta/
torum in armillis aureiſqꝫ coronis donauit. Nautium propter expeditionem quia magni agminis mo
do terruerat hoſtes:iuuenem Papyrium propter nauatam cum equitatu & in prælio operam:& nocte
quia fugam infeſtam ſamnitibus ab Aquilonia clam egreſſis fecit:cẽturiones militeſqꝫ quia primi por
tam murumqꝫ Aquiloniæ ceperant:equites omnes ob inſignem multis locis operam corniculis armil
liſqꝫ argenteis donat. Conſilium inde habitum cum iam tempus eſſet deducendi ab Samnio exercitus
aut utriuſqꝫ aut certe alterius:optimũ uiſum:quo magis fractæ res ſamnitium eſſent:eo pertinacius & Atť. do
infeſtius agere cætera & perſeq:ut perdomitum Samnitum ĩſequentibus conſulibus tradi poſſet: q̃do na mili/
iam nullus eſſet hoſtium exercitus:qui ſignis collatis dimicaturus uideretur:unum ſupereſſe belli ge/ taria
nus urbium expugnationes:quarum per excidia militem locupletare præda:& hoſtem pro aris ac fo/
cis dimicantem conficere poſſent. Itaqꝫ litteris miſſis ad ſenatum Populumqꝫ Romanũ de rebus ab ſe
geſtis diuerſi Papyrius ad Sepinum:Caruilius ad Volanam oppugnandã legiones ducũt. Litteræ cõſu/

lum ingenti lætícia & ĩ curia:& in concione auditæ:& quatridui ſupplicatiõe publicũ gaudiũ priuatis
ſtudiis celebratum eſt:neqꝫ Po.Ro.magna ſolũ:ſed ꝑ opportuna ẽt ea uictoria fuit:qa per idẽ forte tem
pus rebellaſſe ethruſcos allatum ẽ.Subibat cogitatio animũ:quonã modo tollerabilis futura Ethruria
fuiſſet:ſiqd in Samnio aduerſi ueniſſet:quæ cõiuratione ſamnitium erecta quoniã ambo cõſules: oĩſqꝫ
romana uis auerſa ĩ Samniũ eſſet:occupationẽ populi romani pro occaſione rebellãdi habuiſſet. Lega/
tiones ſociorum a.M.Attilio prætore ĩ ſenatum ĩtroductæ:querebãtur uri & uaſtari agros a finitimis
ethruſcis:quod deſciſcere a populo romano nollẽt:obteſtabãturqꝫ patres cõſcriptos:ut ſe a ui atqꝫ iniu/
ria cõmuniũ hoſtium tutarent̃.Reſpõſum legatis curæ ſenatui futurum:ne ſocios fidei ſuæ pœniteret
ethruſcoꝝ propediem eãdem fortunam:quã ſamnitium fore.Segnius tamẽ quod ad ethruriam atti/

Faliſcorum defectio

nebat:acta res eſſet:ni faliſcos quoqꝫ:qui per multos annos ĩ amicicia fuerãt:allatum foret:arma ethru/
ſcis iunxiſſe.Huius propĩquitas populi acuit curam patribus:ut fœciales mittendos ad res repetendas
cenſerent:quibus nõ redditis ex auctoritate patrum iuſſu populi bellũ faliſcis ĩdictum eſt:iuſſiqꝫ conſu
les ſortiri uter ex Samnio ĩ Ethruriam cum exercitu tranſiret.Iam Caruilius Volanã:& Palũbinum:&
Herculaneum ex ſamnitibus ceperat.Volanam ĩtra paucos dies:Palumbinum eodẽ:quo ad muros ac/
ceſſit:ad Herculaneum bis ẽt ſignis collatis ancipiti prælio:& cum maiore ſua:quã hoſtiũ iactura dimi
cauit:caſtris deĩde poſitis mœnibus hoſtem ĩcluſit:oppugnatum oppidũ captumqꝫ.In his tribus urbi/
bus capta aut cæſa ad decẽmillia hominum:ita ut paruo admodũ plures caperẽtur.Sortiẽtibus proui/
cias conſulibus Ethruria Caruilio euenit:ſecũdum uota militum:qui uim frigoris iam ĩ Samnio non
patiebantur.Papyrio ad Sepinum maior uis hoſtiũ reſtitit:ſæpe ĩ acie:ſæpe ĩ agmine:ſæpe circa ipſam
urbem aduerſus eruptiones hoſtium pugnatũ:neqꝫ obſidio:neqꝫ bellũ ex æquo erat:non.n.muris ma/
gis ſe ſamnites:quã armis ac uiris mœnia tutabãtur:tãdem pugnãdo in obſidionem iuſtam coegit ho/
ſtes:obſidẽdoqꝫ ui atqꝫ operibus urbem expugnauit.Itaqꝫ ab ira plus cædis æditum capta urbe ſeptem
millia.ccc.cæſi capta minus triamillia hoĩum:ꝑda:quæ plurima fuit:congeſtis ſamnitium rebus in ur
bes paucas militi conceſſa ẽ.Niues iam omnia oppleuerant:nec habitari extra tecta poterat:itaqꝫ conſul
de Samnio exercitum eduxit.Veniẽti Romã triumphus omnium conſenſu ẽ delatus: triumphauit in
magiſtratu inſigni:ut illorum temporum habitus erat triũpho:pedites equiteſqꝫ ĩſignes donis trãſiere
ac trãſuecti:multæ ciuicæ coronæ:uallareſqꝫ:ac murales cõſpectæ:ĩſpectata ſpolia ſamnitium:&decore
ac pulchritudine paternis ſpoliis:quæ nota publicoꝝ frequenti ornatu locorum erãt:comparabantur:
nobiles aliquot captiui clari ſuis patrumqꝫ factis ducti:æris grauis tranſuecta uicies cẽtummillia:& au/
ri triginta tria millia:id enim redactum ex captiuis dicebatur:argẽti:quod captũ ex urbibus erat:ad tre

Præda ſamnitica

centa.xxx.millia:omne æs argentumqꝫ ĩ ærarium cõditum:militibus nihil datum ex præda ẽ:auctaqꝫ
inuidia ẽ ea ad plebem:quod tributum etiam ĩ ſtipẽdium millitum collatum ẽ:cum ſi ſpreta gloria fu
iſſet:captiuæ pecuniæ in ærarium illatæ:& militi tum dari ex præda:& ſtipẽdium militare præſtari po

Aedes qrini

tuiſſet.Aedem Quirini dedicauit:quã ĩ ipſa dimicatione uotam apud neminem auctorẽ ueterem ĩue/
nio:neqꝫ hercules tam exiguo tẽpore perficere potuiſſet:ab dictatore patre uotam filius cõſul dedicauit
exornauitqꝫ hoſtium ſpoliis:quoꝝ tanta multitudo fuit:ut nõ templum tãtum forumqꝫ his ornaret̃:
ſed ſociis etiam coloniſqꝫ finitimis ad templorũ locorumqꝫ publicorũ ornatum diuiderentur : A triũ/
pho exercitum ĩ agrum ueſtinũ:quia regio ea ĩfeſta:ab ſamnitibus erat:hybernatum duxit . Inter hæc
Caruilius cõſul ĩ Ethruria primum Troilium oppugnare adortus trecentos ſeptuaginta dimiſſos pe/

Vide ne troſulci ſit legẽdum

cunia grãdi pactos:ut abire inde liceret:dimiſit:cæteram multitudinẽ oppidumqꝫ ipſum ui cepit: inde
quinqꝫ caſtella locis ſita munitis expugnauit:cæſa ibi hoſtium duomillia quadrigenti:minus duomil/
lia capti:& faliſcis pacem petẽtibus annuas ĩducias dedit pactus centũmillia grauis æris:& ſtipendium
eius anni militibus.His rebus actis ad triumphum deceſſit:ut minus clarum de ſamnitibus:quam col
legæ triumphus fuerat:ita cumulo ethruſci belli æquato:æris grauis tulit ĩ ærarium trecenta nonagĩ/
tamillia:de reliquo ære ædem foris Fortunæ de manubiis faciendam locauit:prope ædem eidem deæ
ab rege Seruio Tullio dedicatam:& militibus ex præda centenos binos aſſes:& alterum tantum centu/
rionibus atqꝫ equitibus malignitate collegæ gratius accipientibus munus diuiſit. Fauor conſulis tuta/
tus ad populum eſt.L.Poſthumium legatum eius:qui dicta die a.M.Cancio tribuno plebis fugerat in
legationem : ut fama ferebat populi iudicium:iactarique magis:quam peragi accuſatio eius poterat.

Exacto iam anno noui tribuni plebis magiſtratum inierant:iiſqꝫ ipſis:quia uitio creati erant : duos
poſt dies alii ſuffecti.Luſtrum conditum eo anno eſt a.P.Cornelio Aruina.C.Martio Rutilio cenſori/

Cenſus ludi Romani

bus:cenſa capitum millia.cclii.ccc.xx.Cenſores uiceſimiſexti a primis cenſoribus:luſtrum undeuiceſi/
mum fuit.Eodem anno coronati primum ob res bello bene geſtas ludos romanos ſpectauerunt : pal/
mæqꝫ:tum primum tranſlato e Græcia more:uictoribus datæ.Eodem anno ab ædilibus curulibus:q
eos ludos fecerunt damnatis aliquot pecuariis:uia a Martis ſilice ad bouillas perſtrata eſt.Comitia con
ſularia.L.Papyrius habuit:creauit cõſules.Q.Fabium Maximi filium Gurgitem:Iunium Brutũ Scæ/
uam:ipſe Papyrius prætor factus.Multis rebus lætus annus uix ad ſolatiũ unius mali peſtilentiæ uren

Q.Fabius Iunius brutus cõſ.

tis ſimul urbem atqꝫ agros ſuffecit:portentoqꝫ iam ſimilis clades erat:& libri aditi:qui nã finis: aut qđ
remedium eius mali ab diis daretur:inuentum in libris Aeſculapium ab Epidauro Romam accerſen
dum:neque eo anno:quia bello occupati conſules erant:quicquam de ea re actum:præter quam:quod
unum diem Aeſculapio ſupplicatio habita eſt.

FINIS.PRIMAE DECADIS.

# TITI LIVII PATAVINI HISTORICI. TERTIAE DECADIS. PRAEFATIO.

IN PARTE Operis mei licet præfari mihi quod in principio ſuumæ totius ꝓfeſſi ſunt plæriq; reꝝ ſcriptores. bellum maxime memorabile oĩum: quæ unq̃ geſta ſunt: me ſcripturum: Quod Annibale duce Carthaginenſes cũ Po. Ro. geſſere: Nam neq; ualidiores opibus ullæ ĩter ſe ciuitates: genteſq; contulerũt arma: Neq; iis ipſis tãtum unq̃ uirium aut roboris fuit: & haud ignotas belli artes ĩter ſeſe: ſed expertas primo punico conſerebant bello: & adeo uaria belli fortuna: ancepſq; Mars fuit: ut ꝓpius ꝑiculo fuerint q̃ uicere. Odiis ẽt ꝓpe maioribus certarunt: quã uiribus: Romanis ĩdignantibus: qđ uictoribus uicti ultro inferrent arma: Pœniſq;: quod ſuperbe auareq; crederẽt imperitatum uictis eſſe. Fama ẽt eſt Annibalẽ annoꝝ ferme nouem pueriliter blandientem patri Amilcari: ut duceret̃ in Hiſpaniã: cũ ꝑfecto Africo bello exercitum eo traiecturus ſacrificaret: altaribus admotum tactis ſacris iureiurando adactum ſe: cũ primũ poſſet hoſtem fore Po. Ro. Angebant ĩgentis ſpiritus uirum Sicilia Sardiniaq; amiſſæ. Nam & Siciliã nimis celeri deſperatiõe reꝝ cõceſſam: & Sardiniã ĩter motũ Africæ fraude romanoꝝ ſtipendio ẽt ſupimpoſito ĩterceptam. His anxius curis ita ſe africo bello qđ fuit ſub recẽtem romanã pacẽ ꝑ q̃nq; annos: ita deĩde nouẽ annis in Hiſpania augẽdo punico ĩperio geſſit: ut appareret maius eũ: quã qđ gereret agitare in aĩo bellũ: & ſi diutius uixiſſet Amilcare duce pœnos arma Italiæ illaturos fuiſſe: q̃ Annibalis ductu ĩtulerũt. Mors Amilcaris ꝑopportuna: & pueritia Annibalis diſtulerũt bellũ. Medius Aſdrubal ĩter patrẽ & filiũ octo ferme annos ĩperiũ obtinuit: flore ætatis: uti ferũt: primo Amilcari cõciliatus gener ĩde ob altã indolẽ ꝓfectu animi aſcitus: & q̃a agere erat factiõis Barchinæ: opibus: q̃ apud milites plebẽq; pluſq̃ modicæ erãt haud ſane uolũtate principũ ĩperio potitus. Is plura cõſilio: quã ui gerẽs: auſpiciis reguloꝝ magis cõciliandiſq; ꝑ amicitiã prĩcipũ nouis gẽtibus: quã bello: aut armis rem carthaginẽſem auxit. Cæteꝝ nihilo ei pax tutior fuit. Barbarus eũ q̃dã ob irã palã ĩterfecti ab eo domini obtrũcauit ꝓ̃henſuſq; a circũſtantibus: haud alio: quã ſi euaſiſſet uultu: tormentis quoq;: cũ laceraret̃: eo fuit habitu oris: ut ſuperãte lætitia dolores ridẽtis etiam ſpeciem præbuerit. Cum hoc aſdrubale: quia miræ artis in collicitandis gentibus imperioq; iungẽdis ſuo fuerat: fœdus renouauerat Po. Ro. ut finis utriuſq; imperii eſſet amnis Iberus. Saguntiniſq; mediis ĩter imperia duorum populorum libertas ſeruaretur. In aſdrubalis locum haud dubia res fuit: quin prærogatiuam militarem: qua extemplo iuuenis Annibal intra ꝑ̃torium delatus imperatorq; ingenti omnium clamore atq; aſſenſu appellatus erat Fauor etiam plebis ſequebat̃. Hunc uix dum pubere Aſdrubal ad ſe acceſſierat: actaq; res in ſenatu ẽt fuerat: barchinis nitentibus: ut aſſueſceret militiæ Annibal: atq; in paternas ſuccederet opes. Hanno alterius factionis princeps: & æquum poſtulare uidetur: ĩquit Aſdrubal: & ego tamen non cenſeo quod petit: tribuendum. Cum admiratione tam ancipitis ſententiæ in ſe omnes conuertiſſet. Florem ætatis inquit Aſdrubal: quem ipſi patri Annibalis fruẽdum præbuit. Iuſto iure eum a filio repeti cenſet: nos tamen: minime decet iuuentutem noſtram pro militari rudimento aſſuefacere libidini prætorum: an hoc timemus: ne Amilcaris filius nimis ſero imperia ĩmodica: & regni paterni ſpem uideat? Et cuius regis genero hæreditarii ſint relicti exercitus noſtri eius filio parum mature ſeruiamus. Ego iſtum iuuenem domi tenendum ſub legibus: ſub magiſtratibus docendum uiuere equo iure cum cæteris cenſeo: ne quandoq; paruus hic ignis incendium ingens exuſcitet. Pauci ac ferme optimus quiſq; Hannoni aſſentiebantur. Sed: ut plærũq; fit: maior pars meliorem uicit.

Bellũ africũ ĩter primũ & ſecũdẽ bellum punicũ uide polibium Palybiꝰ ait q̃rto ãno finitũ bellũ africũ

Att̃. hãnonis ãbiguã ſn̄iam

# TITI LIVII PATAVINI HISTORICI DE SECVNDO BELLO PVNICO DECADIS TERTIAE.

## LIBER PRIMVS.

MISSVS ANNIBAL IN HISPANIAM PRIMO STATIM Aduentu omnem exercitũ in ſe cõuertit Amilcarem uiuẽtem redditum ſibi ueteres milites credere: eundem uigorẽ in uultu uimq; in oculis: habitũ oris: liniamẽtaq; intueri: Deinde breui effecit: ut pater in ſe minimũ momentum ad fauorem cõciliandum eẽt: Nunq̃ ingenium idem ad res diuerſiſſimas parẽdum atq; ĩperandũ habilius fuit. Itaq; haud facile diſcerneres utrum ĩperatori: an exercitui carior eẽt. Neq; Aſdrubal aliũ quẽq̃ ꝑficere malle: ubi q̃d fortiter ac ſtrenue agẽdum eẽt: neq; milites alio duce plus cõfidere aut aũdere: plurimũ audaciæ ad ꝑicula capeſſenda: plurimũ cõſilii: inter ipſa ꝑicula erat. Nullo labore aut corpus fatigari: aut aĩus uĩci poterat. Caloris ac frigoris patiẽtia par. Cibi potioniſq; deſiderio naturali: nõ uoluptata modus finitus: uigiliaꝝ ſomniq; nec die nec nocte diſcriminata tp̃a. Id: qđ gerẽdis rebus ſupeſſet: q̃eti datũ. Ea neq; molli ſtrato: neq; ſilẽtio acceſſita. Multi ſæpe militari ſagulo opertũ humi iacẽtem ĩter cuſtodias: ſtationeſq; militũ conſpexerũt. Veſtitus nihil ĩter æquales excellẽs: arma atq; equi cõſpiciebant̃: eq̃tum peditũq; idẽ lõge primis erat. princeps prælium inibat. Vltimus conſerto prælio excedebat. Has tantas uiri uirtutes ingẽtia uitia æquabant. Inhumana crudelitas perfidia pluſquã punica. Nihil ueri: nihil ſancti: nullius die

Virtutes Annibalis Vitia Annibalis

metus nullum iuſiurandum:nulla religio.Cum hac indole uirtutum ac uitiorum triēnio ſub Aſdru/
bale īperatore militauit:nulla re:quæ agenda audēdaq; magno futuro duci eſſet: ꝑtermiſſa. Cæterum
ex quo die dux eſt declaratus:uelut Italia ei prouincia decreta:bellumq; romanum mādatum eēt:nihil
prolatandum ratus:ne ſe quoq; ut patrem Amilcarem:deīde Aſdrubalem cūctātem caſus aliqs oppri/
meret:Saguntinis īferre bellum ſtatuit.Quibus expugnādis:qa haud dubie Romana arma mouebāt
in olcadum fines prius ultra Iberum ea gens in parte magis:quam in ditione Carthaginēſium erat in/
duxit exercitum:ut nō petiſſe ſaguntinos:ſed reꝝ ſerie finitimis domitis gentibus:iungendoq; tractus
ad id bellum uideri poſſet.Carteiam urbem opulentā caput eius gentis expugnat:diripitq;:quo metu
pculſæ minores ciuitates:ſtipēdio īpoſito īperium acceperūt:uictor exertitus:opulētuſq; pda Cartha/
ginem nouā in hiberna eſt deductus.Ibi large partiēdo pdam: pterita cū fide exoluendo: cunctis ciuiū
ſuoꝝ ſociorumq; animis in ſe firmatis:uere primo in uacceos motū bellum.Hermandica & Arbacala
carthorum urbes ui captæ:Arbacala & uirtute:& multitudine oppidanoꝝ diu defenſa ab Hermādica
pfugi exulibus olcadum priore æſtate domitæ gētis cum ſe iunxiſſent:cōcitant Carpētanos: adortiq;
Annibalem regreſſum ex Vacceis pcul Tago flumine agmen graue præda turbauere.Annibal prælio
abſtinuit:caſtriſq; ſuper ripam poſitis:cum prima qes ſilentiumq; ab hoſtibus fuit:agmen uado traie/
cit:ualloq; ita producto ut locum ad trāſgrediendū hoſtes haberēt.Inuadere eos tranſeuntes ſtatuit:eq
tibus præcepit:ut cum ingreſſos aquam uiderent:adorirētur.Peditum agmen in ripa elephantes qua/
draginta diſpoſuit.Carpētanoꝝ cū appēdicibus olcadum uacceorumq; centūmillia fuere.Inuicta acies
ſi æquo dimicaretur campo.Itaq; & ingenio feroces:& multitudine fræti:& quod metu ceſſiſſe crede/
bant hoſtē id morari uictoriā rati:quod ītereſſet amnis: clamore ſublato paſſim ſine ullius īperio:qua
cuiq; pximū erat:ī amnē ruūt.Ex parte altera ripæ uis īgēs eqtum ī flumē īmiſſa:medioq; alueo haud
qq̄ pari certamīe cōcurſum. Quippe ubi pedes īſtabilis:ac uix uado fidēs uel inermi eqte equo teme/
re acto puerti poſſet:Eques corpe armiſq; liber:equo uel p medios gurgites ſtabili cōminus eminuſq;
rem gereret.Pars magna flumine abſumpta:quidam uerticoſo amni delati in hoſtes ab elephantis ob
triti ſunt:Poſtremi:quibus ingreſſus in ſuam ripam tutior fuit:Ex uaria trepidatione cum in unū col/
ligerentur:priuſquā tanto pauore reciperēt aīos.Annibal agmine quadrato amnem ingreſſus fugam
ex ripa fecit.Vaſtatiſq; agris intra paucos dies Carpentanos quoq; ī deditionem accepit.Et iam omnia
trans Iberum præter ſaguntinos carthaginēſium erāt.Cum ſaguntinis bellū nōdum erat:Cæteꝝ bel/
li cauſa certamina cum finitimis ſerebant maxime turdetanis:qbus cū adeſſet idē:q litis erat ſator:nec
certamen iuris:ſed uim quæri appareret:legati a ſaguntinis Romā miſſi auxilium ad bellum iā haud
dubie īminens orantes. Cōſules tunc Romæ erant.P.Cornelius Scipio:&.T.Sempronius Longus q
cum Legatis in ſenatū introductis de rep. retuliſſent placuiſſetq; mitti legatos in Hiſpaniam ad res ſo
cioꝝ inſpiciendas:quibus:ſi uideretur digna cauſa:& Annibali denūciarent:ut a ſagunitinis ſociis Po.
Ro.abſtineret:& Carthaginē in Africam traiicerent:ac ſocioꝝ populi ro.querimonias deferrēt.Hac le
gatione decreta:nec dum miſſa:oīum ſpe celerius ſaguntū oppugnari allatum eſt: tunc delata ex inte/
gro res ad ſenatum:& alii Prouincias conſulibus Hiſpaniam atq; Africā decernentes terra mariq; rem
gerēdam cenſebant.Alii totum in Hiſpaniam Annibalēq; intendebant bellum.Erant qui non temere
mouēdam rem tātam:exſpectandoſq; ex Hiſpania legatos cenſerent.Hæc ſententia:quæ tutiſſima ui/
debatur uicit.Legatiq; eo maturius miſſi.P.Valerius Flaccus:&.Qu.Fabius Pamphilus ſaguntum ad
Annibalem atq; inde Carthaginē:ſi non abſiſteretur bello:ad ducem ipſum ī pœnā fœderis rupti de/
poſcendū.Dum ea romani parāt:cōſultantq;:iam ſaguntum ſumma ui oppugnabat:ciuitas ea longe
opulētiſſima ultra Iberꝫ fuit ſita paſſus mille ferme a mari oriundi a Zacyntho Inſula dicunt.Mixtiq;
etiam ab Ardea Rutuloꝝ quidā generis.Cæteꝝ in tātas breui creuerant opes ſeu maritimis:ſeu terre/
ſtribus fructibus ſeu multitudinis incremēto:ſeu ſanctitate diſciplinæ:qua fidē ſocialē uſq; ad perniciē
coluerunt. Annibal infeſto exercitu ingreſſus fines:peruaſtatis paſſim agris : urbem tripartito aggre/
dirur.Angulus muri erat in planiorē patentioremq; quā cætera circa uallē uergens:aduerſus eū uine/
as agere inſtituit:per quas aries mœnibus admoueri poſſet.Sed ut locus pcul muros ſatis æquus agē/
dis uineis fuit:ita haud quaq̄ proſpere:poſteaq̄ ad effectū uentum eſt operis:cœptis:ſuccedebat:& tur/
ris ingēs īminebat & murus:ut ī ſuſpecto loco ſupra ceteræ modū altitudinis emunitus erat.Et iuuē/
tus delecta ubi plurimū periculi ac laboris oſtendebat:ibi ui maiore obſiſtebant : ac primo miſſilibus
ſummouere hoſtē:nec quicquā ſatis tutum muniētibus pati.Deinde iam nō p mœnibus mō:atq; tur
ri tela micare:ſed ad erumpendū etiā in ſtationes operaq; hoſtium aīus erat.Quibus tumultuariis cer/
taminibus aut ferme plures ſaguntini cadebant:q̄ Pœni ut uero Annibal ipſe dum muꝝ īcautius ſu/
bit aduerſum femur tragula grauiter ictus cecidit:tanta circa fuga atq; trepidatio fuit:ut non multum
abeſſet:quin opera ac uineæ deſererent:obſidio deinde per paucos dies magis q̄ oppugnatio fuit.Dū
uulnus ducis curaret:per quod tps ut quies certaminū erat:ita ab apparatu opeꝝ : ac munitionū nihil
ceſſatū.Itaq; acrius deintegro obortū eſt bellum pluribuſq; partibus uix accipientibus quibuſdā ope/
ra locis:uineæ cœptæ agi:admoueriq; aries.Abundabat multitudine hoīum pœnus:ad cētum.n.quī/
quaginta millia habuiſſe in armis creditur.Oppidani ad oīa tuenda obeundaq; multimoda arte deti/
neri cœpti ſunt:& non ſufficiebāt.Iam.n.feriabant arietibus muri:quaſſatæ quoq; multæ partes erāt.
Vna continentibus ruinis nudauerat urbē tres deinceps turres:quantūq; inter eas muri erat : cum fra/
gore ingenti prociderāt:captūq; oppidum ea ruina crediderant pœni.Qua uelut ſi pariter utroſq; mu/

Strabo carteiā eē exiſti mant q̄ olī tar/teſſus ē dicta

Anniba liſ uicto ria ad Tagū

P.Cor/nelius T.Sem prōius conſ.

Tragu/la

rus texiſſet:ita utrinq; in pugnā procurſum eſt.Nihil tumultuariæ pugnæ ſimile erat:quales ī oppu/
gnationibus urbiū per occaſionē partis alterius conſeri ſolēt.Sed iunctæ acies uelut patenti campo:in/
ter ruinas muri tectaq; urbis modico diſtantia interuallo cōſtiterant.Hinc ſpes:hinc deſperatio aīos ir/
ritat pœno cepiſſe iam ſe urbem:ſi paululū adnitaf:credente.Sagūtinis ꝓ nudata mœnibus patria cor/
pora opponentibus:nec ullo pedē referente:ne relicto a ſe loco hoſtē īmitteret.Itaq; quo acrius:& con/
fertim magis utrinq; pugnabaf eo plures uulnerabanf.Nulloq; inter arma corporaq; uano itercidē/
te telo.Falarica erat Saguntinis miſſile telū haſtali abligneo:& cætero tereti præterq̄ ad extremū unde Falarica
ferrum extabat.Id ſicut in pilo quadratum ſtuppa circūligabant:linebantq; pice.Ferrū aūt tres in lon/ qd ſit
gum gabebat pedes:ut cū armis tranſfigere corpus poſſet:ſed id mxaīme etiam:ſi hæſiſſet in ſcuto:nec
penetraſſet in corpus:pauorem faciebat:quod cū medium accēſum mitteref:conceptumq; ipſo motu
multo maiorē ignem ferret:arma omitti cogebat:nudumq; militē ad inſequentes ictus præbebat.Cū
ergo diu anceps fuiſſet certamen:& ſaguntinis quia præter ſpē reſiſterent:creuiſſent animi : pœnus:qa
non uiciſſet pro uicto eſſet.Clamorē repente oppidani tollunt:hoſtemq; in ruinas muri expellunt in/
de impeditū trepidanteq; exturbant.Poſtremo fuſum fugatūq; in caſtra redigunt.Interim a Roma le
gatos ueniſſe nūciatū eſt.quibus obuiā:ad mare miſſi ab Annibale qui dicerēt:nec tuto eos adituros ī/
ter tot tam efferataꝝ gentiū arma:nec Annibali in tāto diſcrimine reꝝ opere eſſe legatiões audire.Ap/
parebatq; nō admiſſos ꝓtinus Carthaginem ituros .Litteras igitur nūcioſq; ad principes factionis bar
chinæ præmittit:ut præparēt ſuoꝝ aīos:nequid pars altera gratificari pro romanis poſſet.Itaq; præter
quā qđ amiſſi:auditiq; nō ſunt : ea quoq; uana atq; irrita legatio fuit.Hāno unus aduerſo Senatu cām
fœderis rupti magno ſilentio ꝓpter auctoritatē ſuam cū aſſenſu audientiū egit.Per duos fœderū arbi/
tros ac teſtes monuiſſe:prædixiſſe ne Amilcaris progeniē ad exercitū mitterent:non manes:non ſtir/
pem eius conquieſcere uiri:nec unquā donec ſanguinis noīſq; barchini quiſquā ſuperſit:quietura Ro
mana fœdera.Iuuenē flagrantem cupidine regni uiāq; unam ad id cernētem:ſi ex bellis bella ferendo
ſuccinctus armis legionibuſq; uiuat:uelut materia igni præbenes ad exercitus miſiſtis.Aluiſtis ergo
hoc incendiū:quo nunc ardetis.Saguntum ueſtri circūſedent exercitus:unde arcenf fœdere:mox Car/
thaginem circūſedebunt romanæ legiones ducibus diis iiſdē:per quos priore bello rupta fœdera ſunt
ulti.Vtrum hoſtem:an uos:an fortunā utriuſq; populi ignoratis?Legatos a ſociis:& pro ſociis uenien/
tes bonus īperator ueſter in caſtra nō admiſit.Ius gentiū ſuſtulit.Hi tamē unde ne hoſtiū qdē legati ar
centur pulſi ad uos ueniūt:res ex fœdere repetūtur:publica fraus abſit:auctorem culpæ:& reū criminis
depoſcunt:quo lenius agunt:ſegnius incipiunt:eo cum cœperīt: uereor:ne pſeuerantius ſæuiant.Aega
des inſulas:erycēq; ante oculos proponite:quæ terra mariq; p quattuor & uiginti annos paſſi ſitis: nec Eguſā
puer hic dux erat:ſed pater ipſe Amilcar Mars alter:ut iſti uolunt:Sed Tarento tum in Italia non abſti īſulam
nueramus ex fœdere:ſicut nunc ſagunto non abſtinemus.Vicerunt ergo dii homineſque:& id de quo polybiꝰ
uerbis ambigebatur:uter populus fœdus rupiſſet euētus belli uelut æquus iudex:unde ius ſtabat:ei ui uocat
ctoriam dedit.Carthagini nūc Annibal uineas turreſq; admouit.Carthaginis mœnia quatit ariete.Sa
gunti ruinæ: falſus utinā uates ſim noſtris capitibus incident.Suſceptumq; cum ſagūtinis bellum ha/
bendum cum romanis eſt.Dedemus ergo Annibalem:dicet aliquis:ſcio meam leuem eſſe in eo aucto
ritatem propter paternas inimicitias.Sed & Amilcarem eo periſſe lætatus ſum:quod ſi ille uiueret:bel
lum iam cum romanis haberemus:& hunc iuuenem tanquam furiam facemq; huius belli odi ac de/
teſtor:nec dedendum ſolum ad piaculum rupti foederis:ſed ſi nemo depoſcat deuehendum ī ultimas
maris terrarumq; oras:ablegandumq; eo:unde nec ad nos nomen famaq; eius accedere:nec ſollicitare
quietæ ciuitatis ſtatum poſſit.Ego autem ita cenſeo legatos extemplo Romam mittendos: qui ſena/
tui ſatiſfaciant:alios qui Annibali nuncient:ut exercitum a ſagunto abducat: Ipſumq; Annibalem ex
fœdere romanis dedant.Tertiam legationem ad res ſaguntinas reddendas decerno.Cum Hanno pe/
roraſſet:nemini omnium certare oratione cum eo neceſſe fuit: adeo prope omnis ſenatus Annibalis
erat:infeſtiuſq; locutum arguebāt Hannonem:quam flaccum Valerium legatum romanum.Reſpon
ſum inde romanis legatis eſt:Bellum ortum a ſaguntinis nō ab Annibale eſſe:populum romanū iniu
ſte facere:ſi ſaguntinos uetuſtiſſimæ Carthaginēſium ſocietati ꝑponat.Dum romani tēpus terūt lega/
tionibus mittendis: Annibal qa feſſum militem præliis operibuſq; habebat:paucoꝝ iis dieꝝ quietem
dedit:ſtationibus ad cuſtodiā uinearum:aliorūq; operum diſpoſitis interim animos eorum nunc ira ī
hoſtes ſtimulando:nunc ſpe præmiorum accendit:ut uero pro concione prædā captæ urbis edixit mi
litum fore.Adeo accenſi oēs ſunt:ut ſi extemplo ſignum datum eſſet:nulla ui reſiſti uideretur poſſe.
Saguntini ut a præliis quietē habuerant:nec laceſcentes:nec laceſſiti p aliquot dies: ita non nocte non
die unquam ceſſauerant ab opere:ut nouum murū ab ea parte:qua patefactū oppidū ruinis erat:reſi/
cerent.Inde oppugnatio eos aliquāto atrocior:quam ante adorta eſt.Nec qua primum:aut potiſſimū
parte ferrent opem:cum omnia uariis clamoribus ſtreperent:ſatis ſcire poterat.Ipſe Annibal: qua tur/
ris mobilis oīa mnimenta urbis ſuperās altitudine agebatur:hortator aderat:quæ cū admota catapul
tis:baliſtiſq; p oīa tabulata diſpoſitis:muros cuſtodibus nudaſſet.Tum Annibal occaſionē ratus: quin Sagūti.
gentos ferme afros cum dolabris ad ſubruendum ab imo muꝝ mittit.Nec erat difficile opus:quod ce partem
menta non calce durata erāt:ſed interlita luto ſtructuræ antiquæ genere.Itaq;:antequā cæderef ruebat pœnus
perq; patentia ruinis agmina armatoꝝ in urbē uadebant.Locum quoq; editū capiūt.Collatiſq; eo ca/ occu/
tapultis baliſtiſq;:ut caſtellum in ipſa urbe:uelut arcem īminentē haberēt:muro circundāt.Et ſagunti/ pat

ni murū interiorem a nōdum capta urbis parte ducunt.Vtrinq; ſumma ui:& muniunt:& pugnāt.Sed
interiora tuendo:minorē in dies urbē ſaguntini faciunt.Simul creſcit inopia oíum longa abſidione:&
minuitur expectatio externæ opis:Cum tam procul romani unica ſpes:circa oía hoſtium eſſent:pau/
liſper tamen affectos aíos recreauit repentina profectio Annibalis in oretanos carpentanoſq;:qui duo
populi delectus acerbitate conſternati retentis cōquiſitoribus metū defectionis cum præbuiſſent:op/
preſſi celeritate Annibalis:omiſerunt mota arma.Nec Sagunti oppugnatio ſegnior erat.Maharbale
Himilconis filio:quem præfecerat Annibal:ita impigre rem agente:ut ducē abeſſe:nec ciues: nec ho/
ſtes ſentirent.Is & prælia aliquot ſecunda fecit:& tribus arietibus aliquantulum muri diſcuſſit ſtrataq;
oía recentibus ruinis aduenienti Annibali oſtendit.Itaq; ad ipſam arcem extemplo ductus exercitus:

Tēptatæ pacis cōditiones

atroxq; prælium cum multoꝝ utrinq; cæde initum:& pars arcis capta eſt.Tēptata deīde per duos exi
gua pacis ſpes Alconem ſaguntinum:& Alorcum Hiſpanum:Alcon inconſciis ſagūtinis precibus ali/
quid moturum ratus cum ad Annibalē noctu tranſiſſet:poſteaq̄ nihil lachrymæ mouebant conditio
neſq; triſtes:ut ab irato uictore ferebātur:trāſfuga ex oratore factus apud hoſtem māſit morituꝝ affir/
mans:qui ſub cōditionibus his de pace ageret.Poſtulabatur aūt redderent res Turdetanis.traditoq; oī
auro atq; argento: egreſſi urbe cum ſingulis ueſtimentis ibi habitarent:ubi Pœnus iuſſiſſet.Has pacis
leges abnuente Alcone accepturos ſaguntinos.Alorcus uinci animos ubi alia uincantur affirmans:ſe
pacis eius interpretem fore pollicetur.Erat autem tum miles Annibalis:cæterum publicæ ſaguntinis
amicus:atq; hoſpes.Tradito pallam telo cuſtodibus hoſtium trāſgreſſus munimenta ad prætorem ſa
guntinum:& ipſe ita iubebat:eſt deductus.Quo cum extemplo cōcurſus hominum omnis generis eſ

Alorci uerba ad ſagūtinos

ſet fectus:ſummota cætera multitudīe ſenatus Alorco datus eſt.Cuius talis oratio fuit Si ciuis ipſe Al/
con:ſicuti ad pacem petēdam ad Annibalem uenit:ita pacis cōditiones ab Annibale ad uos retuliſſet:
ſuperuacaneum hoc mihi fuiſſet iter:quo nec Orator Annibalis:nec tranſfuga ad uos ueniſſem.Cum
uero ille aut ueſtra:aut ſua culpa māſerit apud hoſtem:ſi metū ſimulauit ſua:ueſtra ſi periculum eſt ad
uos uerum referentibus:ego ne ignoraretis eſſe aliquas & ſalutis & pacis uobis conditiōes pro uetuſto
hoſpitio:quod mihi uobiſcū eſt:ad uos ueni.Veſtra autē cauſa me nec ullius alterius loq;:quæ loquor
apud uos:uel ea fides ſit:quod neq; dū ueſtris uiribus reſtitiſtis: neq; dum auxilia a romanis ſperaſtis:
pacis unq̄ apud uos:mētionem feci.Poſteaq̄ nec a romanis uobis ulla ſpes eſt:nec ueſtra iam aut arma
uos:aut mœnia ſatis defendūt:pacem afferro ad uos magis neceſſariam:quam æquā: cuius ita aliqua
ſpes eſt:ſi eam quēadmodum uictor fert Annibal ſi uos ut uicti audiatis.Si non id:qđ amittit:in dāno
cum omnia uictoriis ſint:ſed quicquid reliquitur:pro munere habituri eſtis.urbem uobis:quā ex ma/
gna iam parte dirutam captā fere totam habet:adimit:agros relinquit locū aſſignaturus: in quo nouū
oppidum ædificetis.Aurum argentūq; omne publicū & priuatū ad ſe iubet deferri: cōiugum ueſtraq;
corpora:ac liberoꝝ ueſtrorum ſeruat inuiolata:ſi inermes cum binis ueſtimētis a ſagunto uelitis exire
Hæc uictor hoſtis imperat.Hæc quāq̄ ſint grauia atq; acerba:fortūa ueſtra uobis ſuadet.Equidē haud
deſpero:cum oíum poteſtas ei a uobis facta ſit:aliqđ ex his rebus remiſſurum.Sed hæc patiēda cenſeo
potius:quam trucidari corpora ueſtra:rapi trahiq; ante ora ueſtra coniuges ac liberos belli iure ſinatis.

Ad hæc audienda cum circūfuſa paulatim multitudine permixtum ſenatui eſſet populi conſilium:
repente primores:ſeceſſione facta:priuſquā reſponſum daretur:argentum:aurumq; omne ex publico
priuatoq; in forum collatum:in ignem ad id raptim factum coniicientes:eodem plæriq; ſemetipſos p̄/

Atť Sagūtinorū d̄ſperationē

cipitauerunt.Cum ex eo pauor ac trepidatio totam urbem peruaſiſſet.Alius inſuper tumultus ex arce
auditur.Turris diu quaſſata prociderat:perq; ruinam eius cohors pœnorum impetu facto:cum ſignū
imperatori dediſſet:nudatam ſtationibus:cuſtodiiſq; ſolitis hoſtium eſſe urbem non cunctandum in
tali occaſione ratus Annibal:totis uiribus aggreſſus:urbem momento cepit:ſigno dato:ut omnes pu/
beres interficerentur:quod imperium crudele cæterum prope neceſſarium cognitum in ipſo euētu ē.
Cui enim parci potuit ex iis:qui aut incluſi cum coniugibus ac liberis domos ſuper ſeipſos concrema/
uerunt:aut armati nullum ante finem pugnæ quam morientes fecerunt:Captum oppidum cum in/

Sagūtinorum cædes

genti p̄da quāq̄ plæraq; a dominis de induſtria corrupta erant:& in cædibus uix ullum diſcrimen æta
tis ira fecerat:& captiui militum præda fuerant:tamen ex præcio rerum uenditarum aliquantum pe/
cuniæ redactum eſſe conſtat:& multam prætioſam ſuppellectilem:ueſtem que miſſam Carthaginem.
Octauo menſe:quam cœptum oppugnari:captum ſaguntum quidam ſcripſere:īde Carthaginem no
uam in hyberna Annibalem conceſſiſſe:Quinto deinde menſe:quā a Carthagine profectus ſit:in ita/
liam perueniſſe:quæ ſi ita ſunt:fieri non potuit:ut.P.Cornelius.T.Sempronius cōſules fuerīt: ad quos
in principio oppugnationis legati ſaguntini miſſi ſunt:& qui in ſuo magiſtratu cum Annibale alter ad
Ticinum amnem ambo aliquanto poſt ad Trebiam pugnauerint:aut oía breuiora aliquāto fuere: aut
Saguntum principio anni:quo.P.Cornelius.T.Sempronius conſules fuerunt:non ceptum oppugnari
ſed captum eſt:nam exceſſiſſe pugna ad Trebiam.T.Sempronius in annum.M.Seruilii &.C.Flaminii
non poteſt:quia Flaminius Arimini conſulatum iniit creatus ab.T.Sempronio cōſule:qui poſt pugnā
ad Trebiam:ad creandos conſules Romam cum ueniſſet:comitiis perfectis ad exercitum in Hyberna
rediit Sub idem fere tempus & legati:qui redierant a Carthagine Romam rettulerunt omnia hoſtilia
eſſe:& Sagunti excidium nunciatum eſt:tantuſq; mœror miſericordiaq; peremptorum ſociorum in/
digne:& pudor non lati auxilii:& ira in carthaginenſem:metuſq; de ſumma rerum cœpit:uelut ſi iam
ad portas hoſtis eſſet:ut tot uno tempore motibus animi turbati trepidarent magis: quam cōſulerēt.

Naqꝫ neqꝫ hoſtẽ acriorẽ:bellicoſioreqꝫ ſecũ congreſſum:nec rem romanã tam deſidem unq̃ fuiſſe atqꝫ
imbellẽ.Sardos:corſoſqꝫ:& hiſtros:atqꝫ illyricos laceſſiſſe magis:q̃ exercuiſſe romana arma:& cum gal
lis tumultuatum magis:q̃ belligeratũ:pœnũ hoſtem ueteranũ trium & uiginti annoꝝ militia duriſſi/
ma ĩter hiſpanas gẽtes ſemper uictorẽ primũ Amilcare:deĩde Aſdrubale:nũc Annibale duce acerrimo
aſſuetũ:recẽtem ab excidio opulentiſſimæ urbis Iberum trãſire: trahere ſecũ tot excitos hiſpanoꝝ po/
pulos:cõciturum auidas ſemper armoꝝ gallicas gẽtes cum orbe terraꝝ bellũ gerẽdum in Italia:ac ꝑ
mœnibus romanis eſſe.Nominatæ iam antea cõſulibus prouĩciæ erãt.Tum ſortiri iuſſi.Cornelio Hiſ/
pania Sempronio Africa cum Sicilia euenit.Sex in eum annũ decretæ legiones:& socioꝝ:quãtum ipſis
uideretur:& claſſis quantum parari poſſet quattuor & uiginti peditum romanoꝝ millia ſunt ſcripta:
& octingenti equites ſocioꝝ.xliiii.peditum:&.iiii. equitum:naues.ccxx.quinqueremes:celoces uigĩti
deductæ.Latum inde ad populum uellent:iuberent populo carthaginenſi bellum indici:eiuſque belli
cauſa ſupplicatio per urbem habita:atqꝫ adorati dii:ut bene:ac fœliciter eueniret:quod bellum popu/
lus romanus iuſſiſſet:inter conſules ita copiæ diuiſæ.Sempronio datæ legiones duæ:ea quaterna mil/ Copiæ
lia erant peditũ.& trecenti equites:& ſocioꝝ ſexdecim millia peditũ:equites mille octingẽti naues lon/ ad bel/
gæ.clx.celoces duodecim cũ his terreſtribus maritimiſqꝫ copiis.L.Sempronius miſſus in Siciliã: ita in lũ de/
Africã tranſmiſſurus:ſi at arcendum Italia pœnũ conſul alter ſatis eſſet:Cornelio minus copiaꝝ datũ cretæ
quia.T.Mãlius prætor:& ipſe cum haud inualido præſidio in Galliã mittebaẗ:nauium maxime Cor/
nelio numerus dĩminutus.lxv.quinqueremes datæ:neqꝫ.n.mari uentuꝝ: aut ea parte belli dimicatu/
rum hoſtẽ putabant:& duæ romanæ legiones cũ ſuo iuſto equitatu:& quattuordecim millibus ſocio
rum peditũ:equitibus ſexcẽtis:duas legiones romanas:quattuordecim : millia & quadringentos quĩ/
quaginta ſocioꝝ peditũ:mille equites ſocios.dc.romanas Gallia prouincia eodẽ uerſa in punicũ bellũ
habuit his ita comparatis:ut oĩa iuſta ante bellum fierẽt:legatos maiores natu.Qu.Fabium.M.Liuiũ.
L.Aemylium.C.Licinium.Qu.Bebiũ in Africã mittunt ad percunctandos carthaginẽſes: publicone
cõſilio Annibal Sagũtũ oppuganſſet?& ſi id:quod facturi uidebanẗ:faterẽtur:ac defenderent:publico
cõſillo factũ:ut indicerẽt populo carthaginẽſi bellũ.Romani poſteaq̃ Carthaginẽ uenerũt : cũ ſenatus
datus eſſet:&.Qu.Fabius nihil ultra quã unum:qđ mandatũ erat:percũctatus eẽt.Tũ ex Carthaginẽſi
bus unus princeps ueſtra romani:inquit:& prior legatio fuit:cũ Annibalẽ tanq̃ ſuo conſilio Saguntũ
oppugnantẽ depoſcebatis.Cæteꝝ hæc lagatio uerbis adhuc lenior:re aſperior : tunc.n.Annibal & in/
ſimulabaẗ:& depoſcebaẗ:nunc a uobis & confeſſio culpæ exprimiẗ:& ut a confeſſis res extẽplo repetũ
tur:ego aũt nõ publico priuatoue cõſilio Saguntũ oppidũ oppugnatũ:ſit:quærendũ cenſeã.Sed utrum
iure an iniuria:noſtra.n.hæc quæſtio atqꝫ aĩaduerſio in ciuẽ noſtrum eſt:noſtro an ſuo fecerit arbitrio:
uobiſcum una diſceptatio eſt:licuerintne ꝑ fœdus fieri.Itaqꝫ quoniã diſcerni placet:qđ publico cõſilio:
qđ ſua ſponte ĩpatores faciãt:nobis uobiſcũ fœdus eſt a Luctatio conſule ictũ:in quo caueẗ utrorũqꝫ
ſociis:nihil de ſaguntinis:nec dum enim erant ſocii ueſtri:cautum eſt:at enim fœdere:quod cũ Aſdru/
bale ictum eſt:ſagũtini excipiunẗ:aduerſus qđ,nihil ego dicturus ſum niſi qđ a uobis didici:uos enim
quod.C.Luctatius cõſul primo nobiſcum foedus icit:qa neqꝫ auctoritate patrũ:nec populi iuſſu ictum C.Lu/
erat:negaſtis uos eo teneri:itaqꝫ aliud de ĩtegro foedus publico cõſilio ictum eſt:ſi uos nõ tenẽt ueſtra ctatius
foedera:niſi ex auctoritate aut iuſſu ueſtro icta:nec nos qdẽ Aſdrubalis foedus:qđ nobis inſciis icit ob/
ligare potuit.Proinde omitte Sagũti atqꝫ Iberi mẽtionem facere:& qđ diu parturit aĩus ueſter aliquã/
do pariat.Tum romanus ſinu ex toga facto:hic inqt uobis bellum & pacem portamus.Vtrũ placet ſu/
mite.Sub hanc uocem:haud minus ferociter:daret utrum uellet ſucclamãtũ eſt.Et cum is ſinu iterum
effuſo bellum dare dixiſſet:accipere ſe oẽs reſpõderunt:& qbus acciperent aĩs iiſdem ſe geſturos. Hæc
directa ꝑcunctatio:ac denũciatio belli magis ex dignitate Po.Ro.uiſa eſt:quã de foedeꝝ iure uerbis di/
ſceptare cum ante tum maxime Sagunto exciſa.Nam ſi uerboꝝ diſceptationis res eſſet:quod foedus
Aſdrubalis cum Luctatii priore foedere ꝑmutatum eſt:cõparandum non erat:cũ in Luctatii foedere
diſerte additum eſſet:ita id ratum fore:ſi populus cẽſuiſſet:in Aſdrubalis foedere:nec exceptũ tale qcq̃
fuerit:& tot annoꝝ ſilentio ita uiuo eo cõprobatum ſit foedus:ut ne mortuo qdem auctore quicq̃ mu
tareẗ.Quãq̃:& ſi priore foedere ſtareẗ:ſatis cautũ erat ſaguntinis ſociis utrorũqꝫ exceptis.Nam neqꝫ ad
ditum erat iis:q tunc eſſent:nec ne qui poſtea aſſumerenẗ:& cum aſſumere nouos liceret ſocios: quis
æquum cẽſeret:aut ob nulla quẽq̃ merita in amicitiã recipi aut receptos in fidem nõ defendi? tantũ ne
Carthaginenſium ſocii aut ſollicitarentur ad defectionem:aut ſua ſponte deſciſcentes reciperentur.

Legati romani a carthagine:ſicut his Romæ ĩperatũ erat.in Hiſpaniã ut adirent ciuitates:ut in ſocie
tatem pellicerent:aut auerterent a pœnis:traicerunt:ad Barguſios primũ ꝑuenere:a qbus benigne exce
pti:qa tædebat:imperii punici:multos trans Iberum populos ad cupidinem nouæ fortũæ erexerũt ad
Voltianos ĩde ẽ uẽtum:quoꝝ celebre ꝑ Hiſpaniã reſpõſum:cæteros populos a ſocietate romana auer/ Voltia/
tit.Ita enim maximis natu ex iis in cõſilio reſpõdit.Quæ uerecũdia eſt:uos romani poſtulare:ut ueſtrã noꝝ re
carthaginẽſium ꝑponamus amicitiæ?cum q id fecerũt ſaguntinos crudelius quã pœnus hoſtis ꝑdidit ſpõſum
uos ſocii ꝑdideritis:ibi quæratis ſocios cenſeo:ubi ſagũtina clades ignota eſt:hiſpanis populus ſicut lu
gubre ita ĩſigne documẽtum ſagũti ruine erũt:ne qs fidei romãæ aut ſocietati cõfidat:ĩde extẽplo abire
finibus Volciãoꝝ iuſſi a nullo deĩde cõcilio Hiſpaniqꝫ benigniora uerba tulere.Itaqꝫ nequicq̃ peragra
ta Hiſpania in galliam trãſeunt:in his noua terribiliſqꝫ ſpecies uiſa eſt:quod armati (ita mos gẽtis erat)
in cõcilium uenerunt:cum uerbis extollentes uirtutem gloriamqꝫ populi romani ac magnitudinem

imperii petiſſent:ne pœno bellum Italiæ inferenti per agros:urbeſq; ſuas tranſitum darent.Tantus cũ
fremitu riſus dicitur ortus:ut uix a magiſtratibus maioribuſq; natu iuuentus ſedaretur:adeo ſtolida
impudenſq; poſtulatio uiſa eſt cenſere ne i italiã tranſmittant galli bellũ:ipſos id auertere in ſe: agroſq;
ſuos pro alienis populandos obiicere. Sedato tandem fermitu reſponſum legatis eſt:neque romano/
rum in ſe meritum eſſe:neq; carthagineſium iniuriam:ob quæ aut pro romanis: aut aduerſus pœnos
ſumãt arma.Contra audire ſeſe gentis ſuæ hoĩes agris finibuſq; Italiæ pelli ac populo romano ſtipen/
diumq; facere:& cætera indigna pati. Eadem ferme in cæteris Galliæ conciliis dicta auditaq;:nec ho/
ſpitale quicquã:pacatumue ſatis prius auditum:q̃ Maſſiliam uenerunt:ibi oĩa a ſociis inquiſita cũ cura
ac fide cogita:præoccupatos iam ab Annibale gallo℞ animos eſſe:ſed ne illi quidem ipſi ſatis mitem
gentem fore adeo ferocia:atq; indomita ingenia eſſe:ni ſubinde auro: cuius auidiſſima gens eſt: prin
Galli cipum animi concilientur.Ita peragratis Hiſpaniæ & Galliæ populis legati romam redeunt:haud ita
auidiſſi multo poſteaquã conſules in prouincias profecti erant: ciuitatẽ omnem in expactationẽ belli erectam
ma gẽs inuenerunt:ſatis conſtante fama:iam Iberum pœnos tranſiſſe.Annibal Sagunto capto.Carthaginem no
auri uam in hiberna conceſſerat:ibiq; auditis:quæ Romæ quæq; Carthagine acta:decretaq; forent:ſe non
ducem ſolum:ſed cauſam eſſe belli:partitis diuænditis reliquiis prædæ:nihil differendum ratus:Hi/
ſpani generis milites conuocat.Credo ego uos:inquit: ſocii: & ipſos cernere:pacatis omnibus Hiſpa/
niæ populis:aut finiendam uobis militiam:exercituſq; dimittendos eſſe:aut in alias rerras transferen/
dum bellum:ita.n.hæ gentes non pacis ſolum:ſed etiam uictoriæ bonis florebunt:ſi ex aliis gentibus
prædam & gloriam quæremus itaq; cum longinqua a domo inſtet militia:incertumq; ſit quando do
mos noſtras:&quæcunq; ibi ſunt cara:uiſuri ſitis:ſiquis ueſtrum ſuos uiſere uult:cõmeatum do:pri/
mo uere:edico:adſitis:ut diis bene iuuantibus bellum ingentis gloriæ:prædæq; futurum incipiamus.
Omnibus fere uiſendi domos oblata ultro poteſtas grata erat: & iam deſiderantibus ſuos: & longius
in futu℞ prouidẽtibus deſiderium:per totum tp̃s hyemis equies:inter labores aut iam exhauſtos: aut
mox exhauriendos renouabit corpora aĩoſq; ad oĩa de integro patienda:uere primo ad edictum con/
uenere. Annibal:cum recenſuiſſet oĩum auxilia gentiũ.Gadis profectus Herculi uota exoluit:nouiſq;
ſe obligat uotis:ſi cætera proſpera eueniſſent:inde partiens curas:ſimul inferendi atq; arcendi belli: ne
dum ipſe terreſtri per Hiſpaniã Galliaſq; itinere Italiam peteret:nuda apertaq; romanis Africa:ab Sici
lia eſſet:ualido præſio eam firmare ſtatuit:pro eo ſupplementum ipſe ex Africa maxime iaculatorum
leuium armis petiit:ut afri ĩ Hiſpania:hiſpani ĩ Africa:melior procul a domo futurus uterq; miles:ue/
lut mutuis:pignoribus obligati:ſtipendia facerent.Tredecim millia octingentos quinquaginta pedi/
tes certatos miſit in Africam:& funditores baleares octingentos ſeptuaginta:equites mixtos ex mul/
tis gentibus mille:& has copias partim Carthagini præſidio eſſe:partim diſtribui per Africam iubet:
Cetra ſimul cõquiſitoribus in ciuitates miſſis quattuor millia deſcripta delectæ iuuentntis:præſidium coſ/
ſcuti dem & obſides Carthaginem duci iubet:neq; Hiſpaniam negligendam ratus:atq; ideo haud minus:
genus quod haud ignarus erat:circuitam a romanis eam legatis ad ſollicitãdos pricipum aĩos.Aſdrubali fra/
tri uiro impigro eam prouinciam deſtinat:firmatq; eum africis maxime præſidiis peditum afro℞.xi.
millibus octingẽtis quinquaginta liguribus:trecentis balearibus:ad hæc peditum auxilia additi equi/
tes libii phœnices mixtum punicũ afris genus trecẽti & numidæ mauriq; accole Oceani ad mille octi/
genti:& parua uergetum manus:ex Hiſpania ducẽti equites:& ne quod terreſtris deeſſet auxilii genus
elephãti.xiiii.claſſis p̃terea parata ad tuendã maritimã oram:quia qua parte belli uicerãt: ea tum quoq;
rem geſturos romanos credi poterat:qnquaginta qnqueremes:q̃driremes due triremes qnq; ſed aptæ
inſtructæq; remigio:triginta & duæ qnqueremes erant:& triremes qnq; a Gadibus Carthaginem ad
hiberna exercitus rediit:atq; inde profectus præter omiſſam urbem ad Iberum maritimam oram du
cit.Ibi fama eſt:in quiete uiſum ab eo iuuenem diuina ſpecie:qui ſe a Ioue diceret ducem ĩ Italiam An/
nibali miſſum:proinde ſequeretur neq; uſquã a ſe deflecteret oculos:pauidum primo nuſquã circũſpi
cientem aut reſpicientẽ ſe ſecutũ deinde cura humani ingenii:cũ quidnam id eſſet: quod reſpicere ueti
tus eſſet:agitaret aĩo:temperare oculis nequiuiſſe.Tum uidiſſe poſt ſe ſerpẽtem mira magnitudine cũ
ingenti arborum:ac uirgultorum ſtrage ferri:ac poſt ĩſequi cum fragore cæli nimbum:tum quæ mo
les ea:quidue eſſet quærentem:audiuiſſe uaſtitatem Italiæ eſſe:pergeret porro ire:nec ultra inquireret:
ſineretq; fata in occulto eſſe.Hoc uiſu lætus tripartito Iberum copias traiecit: præmiſſis qui gallorum
animos:qua traducendus exercitus erat:donis conciliarent:alpiumq; tranſitus ſpecularentur.Nonagi/
ta mille peditum duodecim millia equitum Iberum traduxit:Ilergetes inde: Barguntoſq;: & Auſeta/
Quãtis nos:& Aquitaniam:quæ ſubiecta eſt Pyreneis montibus ſubegit:oræq; huic omni præfecit Hannonẽ
copiis ut fauces:quæ Hiſpanias gallis iungunt ĩ poteſtate eſſent decem millia peditum Hannoni ad præſidiũ
Anni/ obtinẽdæ regionis data:& mille equites.Poſteaquam per pyreneum ſaltum traduci exercitus cœptus
bal ibe/ eſt:rumorq; per barbaros manauit:certior de bello romano tria millia inde carpetanorum peditum
rũ traie iter auerterunt.Conſtabat non tam bello motos:quã longinquitate uiæ inſuperabiliq; alpium tranſi/
cerit tu.Annibal:quia reuocare:aut ui retinere eos anceps erat:ne cætero℞:etiam feroces animi irritarẽtur:
ſupra ſeptem millia hominũ domos remiſit.Quos & ipſi grauari militia ſenſerat. Carpetanos quoq;
a ſe dimiſſos aſſimulans:ĩde ne mora atque otium animos ſollicitaret cum reliquis copiis Pyreneum
tranſgreditur:& ad oppidum Illiberum caſtra locat.Galli quãquam Italiæ bellum inferri audiebãt ta/
men quia ui ſubactos tranſpyreneos hiſpanos fama erat:præſidiaq; ualida ĩpoſita:metu ſeruitutis ad

arma cōſternati Ruſcinonē aliquot populi cōueniūt:quod ubi Annibali nūciatū eſt: morā magis quā
bellum metués oratores ad regulos eoꝝ miſit:colloqui ſemetipſum uelle cū iis:& uel illi ꝓpius Illibe/
rum accederēt:uel ſe Ruſcinonē ꝓceſſuꝝ:ut ex ꝓpinquo cōgreſſus facilior eēt:nam & acceptuꝝ eos ī
caſtra ſua ſe lætum:nec cūctanter ſeipſum ad eos uentuꝝ:hoſpitem.n.ſe Galliæ nō hoſtem aduenifſe:
nec ſtrictuꝝ ante gladium:ſi p gallos liceat:quā in Italiam ueniſſet:& p nūcios qdem hæc. Vt uero re/
guli galloꝝ caſtris ad Illibeꝝ extēplo motis:haud grauate ad pœnū uenerūt:capti donis cū bona pace
exercitum p fines ſuos:pter Ruſcinonē oppidū trāſmiſerunt in Italiā.Interim nihil ultra quā Iberum
trāſiſſe Annibalē a maſſilieſium legatis Romā platum erat:cū pinde ac ſi alpes iam trāſiſſet: Boii ſolli/ Boii a
citatis Inſubribus defecerūt:neq; tam ob ueteres īperii iras:quā qd nup circa Padū Placētiam: Cremo/ romāis
nāq; colonias in agrū galticū deductas ægre patiebant.Itaq; armis repēte arreptis: in eū ipſum agrum deficiūt
īpetu facto tātum terroris ac tumultus fecerūt:ut nō agreſtis mō multitudo:ſed ipi triūuiri romani:q
ad agrum uenerāt aſſignādum:diffiſi Placētiæ mœnibus:Mutinā cōfugerīt.C.Luctatius.A. Seruilius.
M.Annius.Luctatii nomē haud dubiū eſt ꝓ.A.Seruilio:&.M.Annio.Q.Acciliū:&.C.Herēnium ha/
bent qdā annales:alii.P.Corneliū Aſinam:&.C.Papyriū Naſonē.Id quoq; dubiū eſt:legati ad expoſtu/
landum miſſi ad boios uiolati ſint īcertū:an in triūuiros agrū metātes īpetus ſit factus.Mutinæ cū obſi/
derent:& gens ad oppugnādaꝝ urbium artes rudis pigerrima eadē ad militaria opa:ſegnis ītactis aſſi/
deret muris:ſimulari cœptū de pace agi:euocatiq; ab galloꝝ pricipibus legati ad colloqum non contra
ius mō gentiū:ſed uiolata ēt:q data ī id tps fide erat cōprehēdunt:negātibus gallis niſi obſides ſibi red/ Bis Mā
derent:eos ſe dimiſſuros:Cum hæc de legatis nūciata eēnt:& Mutina pſidiūq; in piculo eēt.L. Mālius lius ī īſi
imperator ira accenſus effuſum agmen ad Mutinam ducit:ſiluæ tunc circa uiam erant pleriſq; īcultis. dias pci
Ibi inexplorato ꝓfectus:in inſidias pcipitatus multa cum cæde ſuoꝝ ægre in apertos campos emerſit. pitat
Ibi caſtra cōmunita:& qa gallis ad tētanda ea defuit ſpes:refecti ſunt militum animi:qq acciſas res ſatis
conſtabat.Iter deinde deintegro cœptum:nec dum p patētia loca ducebat agmen:cum apparuit hoſtis
ubi rurſus ſiluæ ītratæ:tum poſtremos adorti cum magna trepidatione:ac pauore oīum octingentos
milites occiderunt.Sex ſigna ademere:finis & gallis territandi & pauēdi romanis fuit:ut ex ſaltu inuio
atq; īpedito euaſere.Inde apertis locis facile tutantes agmē romani Cannetum uicum ꝓpinquum Pa/
do contendere.Ibi ſe munimento ad tempus:commeatibuſq; fluminis & Brixianoꝝ galloꝝ auxilio
aduerſus creſcentem indies multitudinem hoſtium tutabātur.Qui tumultus repens poſteaq̄ eſt Ro/
mam perlatus:& punicum inſup gallico bello auctum patres percepere.C. Attilium prætorem cum
una legione romana & quinq; millibus ſociorum delectu nouo a cōſule cōſcriptis:auxiliū ferre Mālio
iubēt.Qui ſine ullo certamīe(abſeſſerāt.n.hoſtes) Cānetū puenit:&.P.Cornelius ī locū eius:q miſſa cū
ptore fuerat:tranſcripta legione noua profectus ab urbe.lx.longis nauibus pter oram ethruriæ.Ligu/
rumq; & īde Saliciū mox peruenit Maſſiliam:& ad proximum oſtium Rhodani (Pluribus.n.diuiſus Vulga/
amnis in mare decurrit)caſtra locat:uix dum ſatis credens Annibalē ſuperaſe Pyraneos montis.Quē res circa
ut de Rhodani quoq; tranſitu agitare aīaduertit:incertus quonam ei loco occureret:nec dum ſatis re/ Rhoda
fectis ab iactatione maritima militibus:trecentos interim delectos equites:ducibus maſſilienſibus:& num
auxiliatibus gallis ad exploranda oīa:uiſendoſq; ex tuto hoſtes.pmittit.Annibal cæteris metu pacatis
aut pretio:iam in uulgaꝝ peruenerat agrum gentis ualidæ.Colunt aūt circa utrāq; ripam Rhodani &
diffiſi citeriore agro arceri pœnum poſſe:ut flumen pro munimento haberent oībus ferme ſuis trans
Rhodanum traiectis ulteriorem ripam annis obtinebant. Cæteros accolas fluminis Annibal: & eos
ipſos:qui ipſas ſedes tenuerant:ſimul plicit donis ad naues undiq; contrahendas fabricandaſq;.Simul
& ipſi traiici exercitum leuariq; quamprimū regionē ſuam tanta hoīum urgente turba cupiebāt.Itaq;
ingēs coacta uis nauiū eſt lintriūq; temere ad uicinalem uſum paratarum.Nouaſq; alias primum galli
inchoantes cauabant ex ſingulis arboribus: deinde & ipſi milites ſimul copia materiæ ſimul facilitate
operis inducti:alueos informes:nihil dūmodo innare aquæ & capere onera poſſent:curātes raptim fa/
ciebant quibus ſe ſuaq; trāſueherent.Iamq; oībus ſatis paratis ad traiiciendū:timebatur ex aduerſo ho
ſtis oēm ripā eqtes uiriq; obtinētes quos:ut auerteret.Hānonē Bomilcaris filiū uigilia prima noctis cū
parte copiarum:maxime hiſpanis:auerſo flumīe ire iter unius diei iubet: & ubi primo poſſit:quam oc
cultiſſime traiecto amni circūducere agmē:ut cum facto opus ſit:adoriat a tergo hoſtem:ad id dati du Attur
ces galli educunt inde millia quinq; &.xx.ferme ſupra paruæ inſulæ circūfuſum amnē latiorem ubi di Anniba
uidebatur:eoq; minus alto alueo tranſitū oſtēdere: ibi raptim cæſa materia:rateſq; fabricatæ:ī quibus lis con/
equi uiriq; & alia onera traiicerent:hiſpani ſine ulla mole in utres ueſtimentis coniectis ipſi cæteris ſu ſilium
perpoſitis incubantes flumen tranſnatauere:& alius exercitus:ratibus iunctis: tranſuectus caſtris ꝓpe
flumē poſitis:nocturno itinere:atq; operis labore feſſus quiete unius diei:reficitur:intento duce ad con
ſilium opportune exequendū.Poſtero die ꝓfecti:ex loco prodito fumo ſignificante tranſiſſe:& haud ꝓ
cul abeſſe:quod ubi accepti. Annibal:ne tpi deeſſet:dat ſignum ad traiiciendū:iā paratas aptaſq; habe/
bat pedes lintres eques fere pp equos nantes nauiū agmen ad excipiendū aduerſi impetum fluminis:
parte ſupiore tranſmittens:trāquilitatē infra traiicentibus lintribus præbebat:equoꝝ pars magna nā
tes loris a puppibus trahebant:pter eos:quos inſtructos frænatoſq;:ut extemplo egreſſo in ripā equiti
uſui eſſent:īpoſuerunt in naues.Galli occurſant in ripam cū uariis ululatibus cantuq; moris ſui: qua/
tientes ſcuta ſuper capita uibranteſq; dextris tela:quāq; & ex aduerſo terrebat tanta uis nauium : cū in/
genti ſono fluminis & clamore uario nautaꝝ militū & qui nitebant prumpere impetū fluminis &

qui ex altera ripa traiiciẽtes ſuos hortabant̃.Iam ſatis pauẽtes aduerſo tumultu terribilio a tergo ador
tus clamor caſtris ab Hãnone captis:mox & ipſe aderat ancepſq; terror circũſtabat: & e nauibus tanta
uis armatoꝝ in terram euadẽs:& a tergo ĩprouiſa ꝑmebat acies.Galli poſteaꝗ uim facere conati ſunt:
ultro pellabantur:qua parte reuiſum maxime iter perrumpunt:trepidiq; ĩ uicos paſſim ſuos diffugũt.

*Galloꝝ fuga*
Annibal:cæteris copiis ꝑ otium traiectis:ſpernens iam gallicos tumultus caſtra locat. Elephantorũ
& traiiciendoꝝ uaria cõſilia fuiſſe credo:certo uariata memoria eſt actæ rei.Quidã congregatis ad ripã
elephãtis tradũt ferociſſimum ex iis irritatũ a rectore ſuo:cum refugiẽtem in aquã nãtem ſequeret̃ tra
xiſſe gregem ut quẽq; timẽtem altitudinem deſtituerat uado:impetu ipſo fluminis in alteram ripã ra/
piente.Cæteꝝ magis cõſtat ratibus traiectos:id:ut tutius cõſilium ante rem foret:ita acta re ad fidem
pronius eſt:ratem unã.cc.longã pedes.l.latã a terra in amnẽ porrexerũt:quã ne ſecũda aqua deferretur:

*Cõſiliũ traiiciẽdorum Elephãtorum*
pluribus retinaculis ualidis parte ſupiore ripæ religatã pontis ĩmodũ:humo cõiecta cõſtrauerãt:ut bel
luæ audacter uelut ꝑ ſolum ĩgrederent̃.Altera ratis æque lata lõga pedes.c.ad traiiciẽdum flumẽ apta
huic copulata eſt:ut cum elephanti ꝑ ſtabilẽ ratem:tanꝗ uiam ꝓgrediẽtibus fœmininis acti:ubi in mi/
norem applicatã trãſgreſſi ſunt:ut extẽplo reſolutis:qbus leuiter annexa erat uinculis:ab actuariis: ali/
quot nauibus ad alteram ripam ꝑtraitur.Ita primis expoſitis:alii deĩde repetiti ac traiecti ſunt: nihil ſa
ne trepidabãt:donec cõtinẽti uelut põte agerent̃:primis erat pauor:cum ſoluta a cæteris rate in altum
raperent̃:ibi urgentes ĩter ſe cedentibus extremis ab aqua trepidationem aliquãtum edebãt:donec qe/
tem ipſe timor circũſpiciẽtibus aquam feciſſet.Excidere etiam ſæuientes qdam in flumen. Sed ponde
re ipſo ſtabiles:deiectis rectoribus:quærendis pedetentim uadis:in terram euaſere.Dum elephãti traii
ciuntur:interim Annibal numidas eqtes qngẽtos ad caſtra romana miſerat ſpeculatum:ubi & quãtæ
copiæ eſſent:& qd pararent:huic alæ eqtum miſſi:ut ante dictum ẽ:ab oſtio Rhodani trecẽti romano
rum eqtes occurrunt:prælium atrocius:quã ꝓ numero pugnãtium editur:nam præter multa uulne/
ra cædes etiam prope par utrinq; fuit:fugaq; & pauor numidarum romãis iam admodum feſſis uicto
riam dedit.Victores ad.clx.nec oẽs romani ſed pars galloꝝ:uicti amplius ducẽtis ceciderunt. Hoc pri/
cipium ſimulq; omen belli:ut ſummæ rerũ proſperum euentum:ita haud ſane ĩcruentam ancipitiſq;

*Attur omẽ futuri ſuc ceſſus ĩpugna*
certaminis uictoriam romanis portendit.Re ita geſta ad utrũq; ducem ſui redierũt:nec Scipionis ſtare
ſententia poterat:niſi ut ex conſiliis cœptiſq; hoſtis & ipſe conatus caperet:& Annibalẽ incertum utrũ
ceptũ in Italiam ĩtenderet iter:an cum eo q primus ſe obtuliſſet romanus exercitus: manus cõſereret.
Auertit a præſenti certamine boioꝝ Legatio Reguliq; Matali aduentus q ſe duces itinerum:ſocios pe/
riculi fore affirmãtes:ĩtegro bello nuſquã ante libatis uiribus Italiam aggrediẽdam cenſent. Multitu/
do timebat qdem hoſtẽ nõdum obliterata memoria ſuperioris belli:ſed magis iter ĩmenſum: alpeſq;
rem fama utique inexpertis horrendam metuebat. Itaque Annibal: poſteaquam ipſi ſententia ſtetit
pergere ire:atque Italiam petere:aduocata concione uarie militum uerſat animos caſtigando: adhor
tandoq;.Mirari ſe quiſnam pectora ſemper impauida repens terror inuaſerit:per tot annos uincentis
eos ſtipendia facere:neq; ante Hiſpania exceſſiſſe:quam omnes gentes:& terræ: quas duo diuerſa ma/

*Annibalis hortatio ad ſuos*
ria amplectantur:carthaginemſium eſſent: indignatos deinde quod quicunq; Saguntum obſediſſent
uelut obnoxam ſibi dedi:poſtularet populus romanus.Iberum traieciſſe ad delendum nomen roma/
norum:liberandũq; orbem terraꝝ:tum nemini uiſum id longum:cũ ab occaſu ſolis ad exortus inten/
derent iter:nunc poſteaꝗ multo maiorẽ partem itineris emenſam cernant.Pyreneũ ſaltum inter fero/
ciſſimas gentes ſuperatũ.Rhodanũ tantum amnẽ:tot militibus galloꝝ prohibẽtibus:domita ẽt ipſius
fluminis ui:traiectũ in conſpectu alpes habeant:quaꝝ alterum latus Italiæ ſit:in ipſis portis hoſtiũ fati
gatos ſubſiſtere.Quid aliud alpes eſſe credentes quã montium altitudines? fingerent altiores Pyreneis
iugis:nullas profecto terras cælum contingere:nec inexuperabiles humano generi eſſe.Alpes quidem
habitari:coli:gignere:atq; alere animantes:peruias paucis eſſe exercitibus:eos ipſos:quos cernant:lega/
tos non pennis ſublime elatos alpes tranſgreſſos:nec maiores quidem eoꝝ indigenas:ſed aduenas Ita/
liæ cultores has ipſas alpes ingentibus ſæpe agminibus cũ liberis: ac coniugibus migrantiũ modo tu/
to tranſmiſiſſe.Militi quidẽ armato nihil ſecum præter inſtrumenta belli portãti:qd inuiũ aut inexu/
perabile eſt? Saguntum ut caperetur:quid ꝑ octo menſes periculi: qd laboris exhauſtum eſt? Romã or
bis terrarum caput petentibus:quicꝗ adeo aſpeꝝ atq; arduum uideri:quod incœptũ moretur: cepiſſe
quondã gallos ea:quæ adiri poſſe pœnus deſperet.Proinde aut cederent aĩo atq; uirtute genti: per eos
dies tociens ab ſe uictæ:aut itineris finẽ ſperent campũ interiacentẽ Tyberi:ac mœnibus romanis:His
exhortationibus incitatos corpora curare:atq; ad iter ſe parare iubet. Poſtero die profectus aduerſa ri/
pa Rhodani mediterranea Galliæ petit:non quia rectior ad alpes uia ẽet:ſed quantũ a mari receſſiſſet:
minus obuiã fore romanũ credens:cum quo:priuſꝗ in Italiã uentum foret:non erat in aĩo manus con

*Arar Rhodanus*
ſerere.Quartis caſtris ad inſulã peruenit:ubi Arar Rhodanuſq; amnis diuerſis ex alpibus decurrentes
agri aliquantulum amplexi confluũt in unũ:mediis campis inſulæ nomen inditũ accolunt prope al/
lobroges gens iam inde nulla gallica gente opibus aut fama inferior. Tum diſcors erat. Regni certa/
mine ambigebant fratres:maior:& qui prius ĩperitarat Brancus noĩe minore a fratre & cœtu iunioꝝ
qui iure minus ui plus poterat:pellebatur:huius ſeditiõis ꝑopportuna diſceptatio cum ad Annibalem
deiecta eſſet:arbiter regni factus:quod erat ſenatus principũq; ſententia:futuꝝ imperium maiori reſti/
tuit:ob id meritũ commeatu:copiaq; rerum oĩum & ueſtis eſt adiutus:quod infames frigoribus alpes
præparare cogebant.Sedatis certaminibus allobrogũ:cum iam alpes peteret:non recta regione iter in/

ſtituit:ſed ad leuam in tricaſtinos flexit:inde per extremam oram uocontiorum agri tetendit in trigo/
rios haud uſquã ĩpedita uia:priuſquã ad Druentiã flumen peruenit.Is & ipſe alpinus amnis longe om Druẽ/
nium Galliæ fluminum difficilimus trãſitu eſt.Nam cum aquæ uim uehat ingẽtem:nõ tamen nauiũ tia flu.
patiens eſt:qa nullis coercitus ripis:pluribus ſimul:neqꝫ iiſdẽ alueis fluens:noua ſemper uada nouoſqꝫ
gurgites faciens:& ob eadem pediti quoqꝫ incerta uia ẽ.Ad hæc ſaxa globoſa uoluens:nihil ſtabile:nec
tutum ĩgredienti præbet:& tũ forte imbribus auctus ingẽtem tranſgrediẽtibus tumultum fecit:cũ ſu
per cætera trepidatione ipſi ſua:atqꝫ incertis clamoribus turbarentur.P.Cornelius cõſul triduo fere:po
ſteaquã Annibal ab ripa Rhodani mouit:quadrato agmine ad caſtra hoſtium uenerat nullã dimicãdi
moram facturus:Cæterum:ubi deſerta munimenta:nec facile ſe tãtum progreſſos aſſecutuꝝ uidet:ad
mare:ad naues rediit tutius faciliuſqꝫ ita deſcẽdenti ab alpibus Annibali occurſurus:ne tamẽ nuda au/
xiliis romanis Hiſpania eſſet:quã prouinciam ſortitus erat.Gn.Scipionẽ fratrem cũ maxima parte co/ Scipiõiſ
piaꝝ aduerſus Aſdrubalem miſit:non ad tutandos tãtũmodo ueteres ſocios:conciliandoſqꝫ nouos:ſed cõſulis
etiam ad pellẽdum Hiſpania Aſdrubalem:ipſe cũ admodũ exiguis copiis Placentiam repetit:eo qui cir cõſiliũ
ca Padũ erat exercitu Italiam defenſurus.Annibal ab Druentia campeſtri maxime itinere cum bona pa
ce ad alpes incolentium ea loca galloꝝ peruenit.Tũ q̃q̃ fama prius:qua quidem incerta in maius uero
ferri ſolent:percepta res erat:tamen ex propinquo uiſa montiũ altitudo:niueſqꝫ cælo prope ĩmixtæ:te/
cta informia ĩpoſita rupibus:pecora iumentaqꝫ torrida frigore:homines intonſi & inculti:animalia in
animaqꝫ oĩa rigentia gelu:cætera uiſu:quã dictu fœdiora terrorẽ renouare.Erigentibus in primos ag/
men cliuos apparuerunt ĩminentes tumulos inſidentes montani:Qui ſi ualles occultiores inſediſſent:
coorti in pugnam repente ingẽtem fugã:ſtragemqꝫ dediſſent:Annibal conſiſtere ſigna iubet:galliſqꝫ ad
uiſenda loca præmiſſis:poſteaqꝫ cõperit tranſitũ ea nõ eſſe:caſtra inter cõfragoſa oĩa præruptaqꝫ:quam
extentiſſima poteſt ualle:locat:Tũ ꝑ eoſdem gallos haud ſane multũ lingua moribuſqꝫ abhorrentes cũ
ſe immiſcuiſſent colloquiis montanorum edoctus ĩterdiu tantũ obſideri ſaltũ:nocte in ſua quẽqꝫ dila/
bi tecta:luce prima ſubiit tumulos:ut ex aperto:atqꝫ ĩterdiu uiam per anguſtias facturus:die deĩde ſi/
mulãdo aliud quam quod parabatur cõſumpto:cum eodem:quo conſtiterant loco:caſtra cõminuiſ/
ſent:ubi primũ digreſſos tumulis mõtanos:laxataſqꝫ ſenſit cuſtodias:pluribus ignibus:quam pro nu/
mero manẽtium ĩ ſpeciem factis:ĩpedimẽtiſqꝫ cũ equite relictis:& maxĩa parte peditũ:ipſe cũ expeditis
accerrimo quoqꝫ uiro:raptim anguſtias euadit:iiſqꝫ ipſis tumulis:quos hoſtes tenuerãt:cõſedit.Prima
deinde luce caſtra mota & agmen reliquũ ĩcidere cœpit.Iam mõtani:ſigno dato ex caſtellis ad ſtationẽ Att.tu/
ſolitam cõueniebant:cum repẽte cõſpiciunt alios arce occupata ſua ſuꝑ caput ĩminentis:alios uia trãſi/ multũ
re hoſtes utraqꝫ ſimul obiecta res oculis:animis ĩmobiles parumꝑ eos defixit.Deĩde:ut trepidationem & ſtra/
in anguſtiis ſuoqꝫ ipſo tumultu Annibalis miſceri agmẽ uidere:equis maxĩe cõſternatis q̃bus q̃cq̃d ad/ gẽ ĩ al
ieciſſent ipſi terroris ſatis ad ꝑniciem fore rati:ꝑuerſis rupibus:iuxta ĩuia:ac deuia aſſueti decurrunt:Tũ pibus
uero ſimul ab hoſtibus ſimul ab iniq̃tate locoꝝ pœni oppugnabãtur:pluſqꝫ ĩter ipſos ſibi cuiqꝫ tẽdenti
ut periculo prius euaderet:quã cũ hoſtibus certaminis erat.Equi maxĩe ĩfeſtum agmen faciebãt:qui &
clamoribus diſſonis:quos nemora etiã:repercuſſæqꝫ ualles augebãt:territi trepidabant:& icti forte aut
uulnerati adeo cõſternati ſunt ut ſtragem ĩgentẽ ſimul hominum ac ſarcinarum oĩs generis facerent:
multoſqꝫ turba:cũ precipites diruptæqꝫ utriqꝫ anguſtiæ eẽnt in ĩmenſum altitudinis deiecit:quoſdam
& armatos:inde ruinæ maximæ modo iumẽta cũ oneribus deuoluebant.Quæ q̃q̃ fœda uiſu erãt:ſte/
tit parũper tamẽ Annibal:ac ſuos cõtinuit:ne tumultũ ac trepidationẽ augeret.Deĩde poſteaq̃ iterrum
ꝑi agmen uidit:ꝑiculũqꝫ eẽ:ne exutũ ĩpedimẽtis exercitũ neq̃cq̃ ĩcolumẽ traduxiſſet:decurrit ex ſupio/
re loco:& cum impetu ipſo fudiſſet hoſtem:ſuis tumultũ auxit.Sed iis tumultus momẽto tẽporis:po/
ſteaq̃ liberata itinera fuga mõtanoꝝ erant:ſedatur:nec per ocium modo:ſed prope ſilẽtio mox oẽs tra/
ducti.Caſtellum inde:q̃d caput eius regionis erat:uicoſqꝫ circũiectos capit:& captiuoꝝ pecoribus ꝑ tri/
duum exercitũ aluit.Et quia nec mõtanis primo perculſis nec loco magnopere ĩpediebãtur:aliquantu
lum eo triduo uiæ cõfecit.Peruentũ ĩde ad frequentẽ cultoribus alium:ut inter mõtana:populũ:ibi nõ
bello aperto:ſed ſuis artibus:fraude:deĩde ĩſidiis:eſt prope circũuentus.Magno natu prĩcipes caſtelloꝝ
oratores ad pœnũ ueniunt:alienis malis utili exẽplo doctos memorãtes amicitiã malle:quã uim expe/
riri:pœnoꝝ:itaqꝫ obedienter imperata facturos:cõmeatũ itineriſqꝫ duces & ad fidem promiſſoꝝ obſi
des acciperet.Annibal nec temere credendo:nec aſpernando:ne repudiati aperte hoſtes fierent:benigne
cum reſpondiſſet:obſidibus:quos dabãt acceptis:cõmeatu:quẽ in uia ipſi detulerant uſus nequaquam
ut inter pacatos incompoſito agmine duces eorum ſequitur.Primum agmen elephanti:& equites erãt
ipſe poſt cum robore peditũ circũſpectans ſollicitus omnia incedebat:ubi in anguſtiorem uiam ex par
te altera ſubiectam iugo ĩſuper ĩminenti uẽtum eſt:undiqꝫ ex ĩſidiis Barbari a fronte:& a tergo coorti
comminus eminuſqꝫ petũt:ſaxa ĩgentia in agmen deuoluunt:maxima a tergo uis hominum urgebat:
in eos uerſa peditum acies haud dubium fecit:quin niſi firmata extrema agmina fugiſſent:ingẽs:in eo Excipit
ſaltu accipienda clades fuerit.Tunc quoqꝫ ad extremum periculi ac prope perniciem uentum eſt.Nam pœnus.
dum cunctaretur Annibal dimittere in anguſtias agmen:quia non ut ipſe equitibus præſidio erat: ĩſidiis
ita peditibus quicquam abtergo auxilii reliquerat:occurſantes per obliqua montani erupto medio
agmine uiam inſedere:noxque una Annibali ſine equitibus ac impedimẽtis acta eſt.Poſtero die iam
ſegnius intercuſantibus Barbaris:iniunctæ copiæ ſaltuſqꝫ haud ſine clade maiore tamen iumentorum
quam hominũ pernicie ſuperatus:inde montani pauciores iam & latrocinii magis:quã belli more cõ/

Nono die uentũ in iugũ alpium De matutino occaſu ĩtellige q̃ ẽ inter equinoctiũ autũni & brumam.

curſabant:modo in primum modo in nouiſſimum agmen:ut cuiq; aut locus opportunitatẽ daret:aut progreſſi moratiue aliquã occaſionem feciſſent. Elephanti ſicut præcipites per arctas uias magna mora agebãtur:ita tutum ab hoſtibus:quacunq; ĩcederent:quia inſuetis adeundi propius metus erat:agmen præcedebant. Nono die in iugum alpium peruentũ eſt per ĩuia plæraq;: & terrores: quos aut ducẽtiũ fraus:aut ubi fides iis nõ eſſet:temere initæ ualles a coniectantibus iter faciebant. Biduum ĩ iugis ſtatiua habita:feſſiſq; labore ac pugnando quies data militibus:iumentaq; aliquot: quæ prolapſa ĩ rupibus erant:ſequendo ueſtigia agminis ĩ caſtra peruenere. Feſſis tædio tot malorum:niuis etiam caſus:occidente iam ſydere uergiliarum:ingentẽ terrorẽ adiecit per oĩa niue completa. Cum ſignis prima luce motis ſegniter agmen ĩcideret:pigritiaq; & deſperatio in omniũ uultu emineret:prægreſſus ſigna Annibal in promõtorio quodã:unde lõge ac late ꝓſpectus erat:cõſiſtere iuſſis militibus Italiam oſtẽtat: ſubiectoſq; alpinis montibus circũ padanos campos:mœniaq; eos tũ tranſcẽdere:nõ Italiæ modo:ſed etiã urbis romæ. Cætera plana ꝓcliuia fore uno:aut ad ſummũ altero prælio:arcẽ & caput Italiæ in manu habituros. Procedere ĩde agmen cœpit:iam nihil ne hoſtibus quidem præter parua furta p occaſionem tentãtibus:cæterum iter multo quã ĩ aſſenſu fuerat:ut plæraq; alpiũ ab Italia ſicut breuiora ita arctiora ſunt difficilius fuit. Oĩs.n.ferme uia præceps anguſta:lubrica erat:ut neq; ſuſtinere ſe a lapſu poſſent:nec ſi q paululum titubaſſent hærere afflictis ueſtigio ſuo:aliiq; ſuper alios:& iumenta & homines occiderent.

Ventũ deinde ad multo anguſtiorem rupẽ:atq; ita rectis ſaxis ut ægre expeditus miles tẽtabundus:manibuſq; retinens uirgulta:ac ſtirpes circa eminentes dimittere ſeſe poſſet. Natura locus iam ante p̃ceps recẽti terræ lapſu in pedũ mille admodũ altitudinẽ abruptus erat. Ibi ueluti cum ad finem uiæ equites conſtitiſſent:miranti Annibali:quæ res moraretur agmen:nunciatur rupẽ ĩ uiã eſſe. Digreſſus deinde ipſe ad locũ uiſendum haud dubia res uiſa quin p inuia circa nec trita antea:quãuis longo ambitu circũduceret agmen. Ea uero uia inſupabilis fuit:Nã cũ ſup ueterem niuem ĩtactam noua modicæ altitudinis eẽt:molli nec præaltæ niui facile pedes ingredientiũ inſiſtebãt. Vt uero tot hoĩum iumentorumq; inceſſu dilapſa ẽ:pernudã infra glaciẽ fluentemq; labẽ liqueſcentis niuis ingrediebant̃ tetra ibi luctatio erat:ut a lubrica glacie nõ recipiente ueſtigiũ:& in prono citius pede ſe fallente:ut ſeu manibus in aſſurgendo:ſeu genu ſe adiuuiſſent:ipſis adminiculis prolapſi iterum corruiſſent:nec ſtirpes circa radiceſue ad quas pede:aut manu quiſquã eniti poſſet erant:itaq; in leui tãtũ glacie:tabidaq; niue uolutabantur iumenta:necabantur interdũ:& iam tũ infirmam ingredientia niuẽ:& prolapſa iactandis grauius in continendo ungulis penitus ꝑfringebant:ut plæraq; uelut pedica capta hærerẽt in dura & alta concreta glacie.

Caſtra purgato p̄us niuibus loco fiunt

Tandẽ neq̃q̃ iumẽtis atq; hominibus fatigatis:caſtra iniugo poſita. Egerrime ad idipſum loco purgato:tantum niuis fodiendum:atq; egerendum fuit. Inde ad rupem minuendam per quam uia una eſſe poterat:milites ducti:cum cedendum eſſet ſaxum:arboribus circa in manibus deiectis detruncatiſq; ſtruem ingentem lignorum faciunt eãq; cum & uis uenti apta faciendo igni coorta eſſet:ſuccedunt:ardentiaq; ſaxa infuſo aceto putrefaciunt. Ita torridam incendio rupem ferro pãdunt molliũtq; anfractibus modicis cliuos:ut non iumenta ſolum:ſed elephanti etiam deduci poſſent. Quatriduum ſuper rupem conſumptum:iumenta prope fame abſumebantur. Nuda.n.fere cacumina ſunt:& ſi quid eſt pabuli:obruunt niues:ĩferiora uallis appricos quoſdã colles haben:riuoſq; ꝓpe ſiluas etiã humano cultu digniora loca:ibi iumenta in pabulũ miſſa:& quies muniendo feſſis hoĩbus data triduo. inde ad planũ deſcenſum eſt:etiam locis mollioribus & accolarum ingeniis. Hoc maxime modo ꝑuentũ eſt in Italiam

Quĩto mẽſe a Carthagĩe noua ĩ Italiã uenit pœnus

Quinto mẽſe a Carthagine noua:ut q̃dam auctores ſunt. Quinto decimo die alpibus ſuperatis.

Copiæ Annibalis

Quãtæ copiæ tranſgreſſo ĩ Italiam Annibali fuerĩt:nequaquã inter auctores cõſtat:qui plurimũ cẽtũ millia peditũ:uiginti equitũ fuiſſe ſcribunt:qui minimum uiginti millia peditũ ſex equitũ. L. Cinius Alimẽtius:qui captum ſe ab Annibale ſcribit:maxĩe auctor moueret me:niſi cõfunderet numerum gallis Liguribuſq; additis:cum his ſcribit.lxxx.millia peditum.x.equitum adducta ĩ Italiam:magis affluxiſſe uerſimile eſt:& ita quidam auctores ſunt. Ex ipſo autem audiuiſſe Annibale: poſteaquã Rhodanum trãſierũt:xxxvi.millia hominum:igentemq; numerum equorum & aliorum iumẽtorum amiſiſſe ĩ taurinis quæ gallis proxima gens erat ĩ Italiam digreſſo. Id cum ĩter oẽs cõſtet:eo magis miror ambigi: quanam alpes tranſierit & uulgo credere Pennino:atq; ĩde nomẽ & iugo alpium ĩditum. Trãſgreſſum Celius per Cremonis iugum dicit tranſiſſe:qui ambo ſaltus eum non in taurinos ſed per ſaltus mõtanos ad libuos gallos deduxiſſent. Nec uerſimile eſt:ea tum ad Galliam patuiſſe itinera:utiq; cũ quæ ad Penninum fuerant:obſepta gentibus ſemigermanis fuiſſent:neq; Hercule montibus: his ſi quem forte id mouet:a tranſitu pœnorum ullo:ſed ab uno uel acri incola iugi eius norunt nomen ĩditum:

Vide ne cẽtronis ſit potiꝰ legẽdũ

Peropportune ad prĩcipium rerum taurinis ꝓxime gẽti aduerſus ĩſubres motum bellum erat:ſed armare exercitum Annibal:ut parti alteri auxilio:eſſet in reficiẽdo maxime ſentiẽtem contracta ante male nõ poterant:ocium & enim ex labore:copia ex inopia:cultus ex illuuie tabeq;:ſqualida & prope efferata corpora uarie mouebant. Ea.P.Cornelio conſuli cauſa fuit:cum piſas nauibus ueniſſet:exercitu a Manlio Atilioq; accepto tyrone & in nouis ignominiis trepido ad Padum feſtinandi:ut cum hoſte nondum refecto manum cõſereret. Sed cum placẽtiam cõſul uenit:iã ex ſtatiuis mouerat Annibal:taurinorũq; unã urbẽ caput gẽtis eius:quia uolẽs ĩ amiciciam no ueniebat:ui expugnauit. Iũxiſſet ſibi:nõ metu ſolũ: ſed etiam uolũtate gallos accolas Padi:ni eos circũſpectãtes defectionis tẽpus ſubito aduẽtus cõſulis oppreſſiſſet & Annibal mouit ex taurinis ĩcertus quæ pars:ſequẽda eſſet:gallos p̃ſentem ſe ſecuturos ratus. Iã prope in cõſpectu erãt exercitus:cõuenerãtq; duces:ſicut uterq; ĩter ſe nõdũ ſatis noti:ita iam imbutus

uterꝗ quadam admiratione alterius. Nam Annibalis & apud romanos iam ante Sagunti excidiũ celeberrimum nomen erat:& Scipionem Annibal eo ipſo:quod aduerſus ſe dux potiſſimum lectus eſſet: præſtantem uirum credebat:& auxerant:inter ſe opinionem:Scipio quod relictus ĩ Gallia obuius fuerat in Italiam tranſgreſſo Annibali:& conatu tam audaci traiiciendarum alpium:& effectu occupauit: tamen Scipio Padum traiecit:& ad Ticinum amnem motis caſtris:priuſquam educeret in aciẽ:adhortandorum militum cauſa talem orationem exorſus eſt. Si eum exercitum milites educerem in aciem: quem in Gallia mecum habui:ſuperſediſſem loqui apud uos. Quid enim adhortari referret: aut eos equites:qui equitatum hoſtium ad Rhodanum flumẽ uiciſſent egregie:aut has legiones:cum quibus fugientem hunc ipſum hoſtem ſecutus confeſſionem cedentis ac detrectatis certamen pro uictoria habui:nunc quia ille exercitus Hiſpaniæ prouinciæ ſcriptus:ibi cum fratre. Gn. Scipione meis auſpiciis rẽ gerit:ubi eum gerere ſenatus Populuſꝗ Romanus uoluit:ego:ut conſulem ducem aduerſus Annibalẽ ac pœnos haberetis:ipſe me huic uoluntario certamini obtuli:nouo ĩperatori apud nouos milites pauca uerba facienda ſunt:ne genus belli:neue hoſtem ignoretis:cum iis eſt uobis milites pugnandũ:quos terra mariꝗ priore bello uiciſtis:a quibus ſtipendium per. xx. annos exegiſtis:a quibus capta belli præmia Siciliam:ac Sardiniam habetis. Erit igitur in hoc certamine is uobis:illiſꝗ animus:qui uictoribus & uictis eſſe ſolet:Nec nunc illi:quia audent:ſed quia neceſſe eſt:pugnaturi ſunt:niſi creditis:qui exercitu incolumi pugnam detrectauere eos duabus partibus peditum equitumꝗ in trãſitu alpiũ amiſſis: ꝗ plures pœne perierint:quã ſuperſint plus ſpei nactos eſſe: At. n. pauci quidem ſunt:ſed ingentes animis corporibuſꝗ:quoꝝ robora:ac uires ſuſtinere uis ulla uix poſſit:effigies ĩmo umbræ hominum: fame: frigore:illuuie:ſqualore enecti:contuſi ac debilitati ĩter ſaxa rupeſꝗ:ad hæc peruſti artus niue rigentes nerui:membra torrida gelu:quaſſata fractaꝗ arma:claudi debiles equi cum hoc equite:cum hoc pedite pugnaturi eſtis:reliquias extremas hoſtium nõ hoſtes habebitis. Ac nihil magis uereor:ne ante quã uos cum hoſte pugnaueritis: Annibalem alpes uiciſſe uideantur:ſed ita forſitan decuit cum fœdeꝝ ruptore duce ac populo deos ipſos ſine ulla humana ope cõmittere ac profligare bellum:nos autem:ꝗ ſecundũ deos uiolati ſumus:cõmiſſum ac ꝓfligatũ cõficere. Non uereor:ne quis me hoc ueſtri adhortãdi cauſa magnifice loqui exiſtimet:ipſum aliter aio affectum eſſe. Licuit in Hiſpaniã ꝓuinciam meam ire:quo iam ꝓfectus eram cũ exercitu meo:ubi & fratrem cõſilii participem ac periculi ſocium haberẽ: & Aſdrubalem potius quam Annibalem hoſtẽ:& minorem haud dubie molem belli:tamen cũ præterueherer nauibus Galliæ oram:ad famam huius hoſtis in terrã egreſſus:præmiſſo equitatu ad Rhodanum moui caſtra. Equeſtri prælio:qua parte copiarum conſerendi manum fortuna data eſt:hoſtem fudi:peditum agmẽ:qd in modũ fugientium raptim agebat:qa aſſequi terra non poteram:neꝗ regreſſus ad naues erat:quanta maxime celeritate potui:tanto maris terrarumꝗ circuitu ĩ radicibus alpium obuius fui:huic timendo hoſti:utrum cum declinarẽ certamen:improuiſus uideor incidiſſe:an occurrere in ueſtigiis eius:laceſſere:ac trahere ad decernendum? Experiri iuuat. utrum alios certe repẽte carthaginenſes per uiginti annos terra ediderit:an iidem ſint:qui ad Egades pugnauere inſulã:& quos ab Eryce duo de uigenis denariis æſtimatos emiſtis. Et utrũ Annibal hic ſit æmulus itinerum Herculis: ut ipſe fert:an uectigalis ſtipendiariuſꝗ & ſeruus Populi Romani a patre relictus. Quẽ niſi ſaguntinũ ſcelus agitaret:reſpiceret profecto ſi nõ patriã uictã domũ certe:pacẽ & fœdera Amilcaris ſcripta manu qui iuſſus a cõſule noſtro præſidiũ deduxit ab Eryce:qui graues ĩpoſitas uictis Carthaginenſibus leges fremens mœrenſꝗ accepit. Qui decedere Sicilia:qui ſtipendiũ Po. Ro. dare pactus eſt:itaꝗ uos ego milites:non eo ſolum aio:quo aduerſus alios hoſtes ſoletis pugnare uelim:ſed cum indignatione quadã: atꝗ ira uelut ſi ſeruos uideatis ueſtros arma repente contra uos ferentes. Licuit:ſi uoluiſſemus:ad Erycem clauſos ultimo ſupplicio humanoꝝ fame interficere:licuit claſſem uictricem in Africam traiicere: atꝗ intra paucos dies ſine ullo certamine Carthaginẽ delere:ueniam dedimus præcantibus: emiſimus ex obſidione:pacẽ cũ uictis fecimus:tutelæ noſtræ deinde duximus cum Africo bello urgerentur. Pro his ĩpertitis furioſum iuuenem ſequentes oppugnatũ patriã noſtram ueniunt:atꝗ utinam ꝓ decore nobis hoc tantum & nõ pro ſalute eſſet certamẽ. Non de poſſeſſione Siciliæ ac Sardiniæ:de qbus quõdam agebatur:ſed pro Italia uobis eſt oppugnandum. Nec eſt alius a tergo exercitus:qui niſi nos uincimus:hoſti obſiſtat:nec alpes aliæ ſunt:quas dum ſuperant:comparari noua poſſint præſidia. hic eſt obſtandum milites:uelut ſi ante Romana mœnia pugnemus:unuſquiſꝗ ſe non corpus ſuum:ſed coniugem ac liberos paruos armis protegere putet. Nec domeſticas ſolum agitet curas:ſed idẽtidem hoc animo reputet:noſtras nũc intueri manus ſenatum Populũꝗ Romanũ:qualis noſtra uis utriuſꝗ fuerit: talem deinde fortunam illius urbis:ac Romani ĩperii fore. Hæc apud Romanos cõſul. Annibal rebus prius:quam uerbis adhortandos milites ratus:circundato ad ſpectaculum exercitu captiuos mõtanos uinctos in medio cõſtituit:armiſꝗ gallicis ante pedes eoꝝ proiectis interrogare interpretem iuſſit: ꝗs ſi uinculis leuaretur:armaꝗ & equum uictor acciperet:decertare ferro uellet:cum ad unum omnes ferrum pugnamꝗ poſcerent:& deiecta eſſet ĩ id ſors:ſe quiſꝗ eum optabat:quem fortuna in id certamen eligeret. Vt cuiuſꝗ ſors exciderat:alacer inter gratulantes gaudio exultans cum ſui moris tripudiis arma raptim capiebat. Vbi uero dimicarent:is habitus animorum non inter eiuſdem modo conditionis homines erat:ſed etiam ĩter ſpectantes uulgo ut nõ uincentium magis:quã bene morientiũ fortuna laudaretur:dum ſic aliquot ſpectatis paribus affectos dimiſiſſet:concione inde aduocata:ita apud eos locutus fertur. S iquẽ animũ ĩ alienæ ſortis exẽplo pauloante habuiſtis:eundẽ mox in æſtimãda fortuna ue

Scipiõis hortatio ad ſuos

Atq́ pulchram hortationem

Cōſiliū Annibalis ī ſuis hortandis

ſtra habueritis:uicimus milites:neq̨.n.ſpectaculū mō illud:ſed quædā ueluti imago ueſtræ cōditionis erat;ac neſcio an maiora uincula:maioreſq̨ neceſſitates uobis quā captiuis ueſtris fortuna circūdederit: dextera:leuaq̨ duo maria claudūt:nullā ne ad effugiū qdē nauem habētibus:circa Padus amnis maior ac uiolētior Rhodano:a tergo Alpes urgent:uix integris uobis:ac uigētibus trāſitæ:hic uicendum aut moriendum milites eſt.Vbi primū hoſti occurriſtis:& eadē fortuna:quæ neceſſitatē pugnādi īpoſuit: præmia uobis ea uictoribus ꝓponit:quibus ampliora hoīes ne a diis quidē īmortalibus optare ſolent. Si ſiciliā tantū ac Sardiniā parētibus noſtris ereptas noſtra uirtute recuperaturi eſſemus:ſatis tamē ampla pretia eſſent.Quicquid romani tot triūphis partū cōgeſtumq̨ poſſident:id omne cū ipſis dominis noſtrum futurū eſt:in hanc tam optimā mercedē agite cū diis bene iuuātibus:arma capite. Satis adhuc in uaſtis Luſitaniæ Celtiberiæq̨ collibus pecora conſectādo nullū emolumētū tot laborū periculorūq̨ ueſtrorū uidiſtis.Tempus eſt opulenta uos ac dicia ſtipendia facere:& magna ope prætia mereri. Tātū itineris per tot mōtes fluminaq̨:& tot armatas gentes emenſos:hic uobis terminū laborū fortuna dedit:hic dignam mercedem emeritis ſtipendiis dabit:nec quam magni nominis bellum ē:tam difficilē exiſtimaueritis uictoriam fore.Sæpe & cōtemptus hoſtis cruētum certamē edidit:& inclyti populi regeſq̨ perleui momēto uicti ſunt.Vnde adepto hoc uno fulgure nominis romani:quid eſt:qđ illi uobis comparandi ſint:ut uigīti annorū militiam ueſtram cū illa uirtute:cū illa fortuna taceā:ab Herculis columnis:ab Oceano terminiſq̨ ultimis terrarū:ꝑ tot ferociſſimos Hiſpaniæ & Galliæ populos uincētes huc peueniſtis:pugnabitis cum exercitu tyrōe ac ipſa æſtate cæſo:uicto circūſeſſo a gallis: ignoto adhuc duci ſuo ignorātiq̨ ducē:An me ī pretorio patris clariſſimi īperatoris ꝓpe notū:certe educatū:domitorem Hiſpaniæ Galliæq̨ uictorem:eundē nō alpinarū modo gētiū:ſed ipſarum:qđ multo maius eſt alpium:cū ſemeſtri hoc conferam duce deſertore exercitus ſui:Cui ſiquis:demptis ſignis:pœnos romanoſq̨ hodie oſtēdat:ignoraturū certū habeo utrius exercitus ſit cōſul.Nō ergo illud parui æſtimo milites:quod nemo ueſtrū ē:cuius nō ante oculos ipſe ſæpe militare aliqđ ediderim facinus:cui non idem ego uirtutis ſpectator:ac textis notata tēporibus lociſq̨ referre ſua poſſim decora.Tū laudaſtis me milites:donaſtis:alumnus prius oīum ueſtrū:quam īperator ꝓcedam acie aduerſus ignotos inter ſe:ignoranteſq̨.Quocūq̨ circūtuli oculos:plena oīa uideo aīorum ac roboris:ueteranū peditē: generoſiſſimarum gētium equites:frænatos:& infrænatos:uos ſocios fideliſſimos fortiſſimoſq̨:uos carthaginenſes cum ob patriā tum ob irā iuſtiſſimam pugnaturos:ī ferimus bellū:infeſtiſq̨ ſignis deſcēdimus ī Italiā tanto audacius fortiuſq̨ pugnaturi:quāto maior ſpes:maiorq̨ aīus inferētis ē uim:q̄ arcētis. Accēdit ꝑterea aīos:& ſtimulat dolor iniuria idignitas ad ſupplicū depopoſcere me ducē primū: deīde uos oēs:q Saguntū oppugnaſſetis:deditos ultimis cruciatibus affecturi fuere:crudeliſſima ac ſupbiſſima gēs ſua omnia ſuiq̨ arbitrii facere cū qbus bellū:cū qbus pacē habeamus:ſe modū īponere æquū cēſet. Circunſcribit:includitq̨ nos terminis montiū fluminūq̨:quos ne excedamus:neq̨ eos:quos ſtatuit terminos obſeruat.Ne trāſieris:iberū ne qd rei tibi ſit cū ſagūtinis:ad Iberū eſt ſagūtū:nuſq̄ te ueſtigio moueris: parū eſt qđ ueterrimas ꝓuicias noſtras Siciliam ac Sardiniā ademit ēt Hiſpaniā:ſi inde ceſſero:ī Africā tranſcendet.Tranſcēdiſſe autē dico:duos conſules huius anni:unum ī Africam alterū ī Hiſpaniam miſere.Nihil uſq̄ nobis relictū eſt:niſi qđ armis uīdicauerimus.Illis timidis & ignauis licet eſſe:qui reſpectum habēt qđ ſuus ager:q̨ ſua terra per tuta ac pacata itinera fugiētes:accipiēt:Vobis neceſſe eſt fortibus uiris eē & oībus īter uictoriā mortemue certa deſperatiōe abruptis:aut uīcere:aut ſi fortūa dubitabit:ī prælio potius:quā ī fuga mortē oppetere.Si hoc bene fixū omnibus deſtinatūq̨ in animo:eſt iterū dicam:uiciſtis:nullum incitamentum ad uincendum homini a diis immortalibus acrius datum eſt.

Victoriarū & ſucceſſuum ſeries

His adhortationibus cū utriq̨ ad certamē accēſi militū animi eēnt:Romani pōte Ticinū iungūt: tutandiq̨ nontis cā caſtellum ſup īponunt.Pœnus opere occupatis hoſtibus:Maharbalem cum ala numidarum equitibus qngentis ad depopulandos ſociorū Po.Ro.agros mittit:gallis parci q̄maxime iubet: Principumq̨ animos ſollicitare ad deſtctionē.Ponte pfecto:traductus romanus exercitus ī agrum īſubrium quiq̨ millia paſſuū a uico tumulis cōſedit:ibi Annibal caſtra habebat.Reuocatoq̨ propere Maharbale atq̨ equitibus:cū īſtare certamē cerneret:nihil unquam ſatis dictum monitumq̨ ad cohortandos milites ratus:uocatis ad concionē certa præmia ꝓnunciat:ī quorum ſpem pugnarent: agrum ſeſe daturū in Italia eſſe:Africa:Hiſpania:ubi quiſq̨ uelit īmunem ipſi qui accepiſſet:liberiſq̨.Qui pecuniā quā agrum maluiſſet:ei ſe argento ſatiſfacturū:qui ſociorū ciues Carthaginēſes fieri uellent:poteſtatem facturū:qui domos redire mallent:daturū ſe operā ne cuius ſuorū populariū mutatam ſecum fortunā eſſe uellent:ſeruis quoq̨ dominos ꝓſecutis libertatem ꝓponit:binaq̨ pro his mancipia dominis ſe redditurum.Eaq̨ ut rata ſcirent fore.agnū leua manu:dextera ſcilicem retinēs:ſi falleret.Iouē cæteroſq̨ ꝑcatus deos:ita ſe mactarent:quēadmodū ipſe agnū mactaſſet:& ſecundū præcationē caput pecudis ſaxo eliſit.Tū uero uelut diis auctoribus oēs in ſpē ſuam quiſq̨ acceptis:id moræ:quod nondū pugnarēt ad potienda ſperata rati præliū uno animo & una uoce poſcunt. Apud romanos haud quaq̄ tāta alacritas erat:ſup cætera recētibus etiam territos ꝓdigiis:nam & lupus ītrauerat caſtra:laniatiſq̨ obuiis:ipſe intactus euaſerat.Examen apum arbore ī ꝑtorio īminente conſederat.Quibus procuratis Scipio cum equitatu iaculatoribuſq̨ expeditis profectus ad caſtra hoſtium:exq̨ propinquo copias quātæ: & cuius generis eſſent ſpeculādas:obuius fit Annibali:& ipſi cū eqtibus ad exploranda circa loca progreſſo.Neutri alteros primo cernebant.Denſior deīde īceſſu tot hominū:equorūq̨ oriens puluis ſignū ꝓpinquātiū hoſtiū fuit.Cōſtitit utrūq̨ agmē:& ꝑlio ſeſe expediebāt.Scipio iaculatores & gallos equites ī fronte

Præmia ab Annibale militi ꝓpoſita

locat:romanos ſociorūqꝫ:quod roboris fuit:in ſubſidiis. Annibal frænatos eqtes in mediū accepit cor/ Eqſtre
nua numidis firmat:uix dū clamore ſublato:iaculatores fugere īter ſubſidia ad ſecundam aciem . Inde ꝓlium
equitū certamen erat aliquādiu anceps.Deinde:quia turbabant equos pedites intermixti:multis laben
tibus ex eqs:aut deſilientibus:ubi ſuos premi circūuentos uidiſſent:iā magna ex pte anceps erat: donec
numidæ:qui in cornibus erāt:circūuecti paululum a tergo ſe oſtendere.Is pauor perculit romanos:au/
xitqꝫ:pauorē conſulis uulnus:periculumqꝫ ītercurſu tum primū pubeſcentis filii pulſatum.Hic erat iu
uenis:penes quē perfecti huiuſce belli laus eſt.Africāus ob egregiā uictoriam de Annibale & de pœnis
appellatus.Fuga tamen effuſa iaculatoꝶ maxime fuit:quos primos numidæ inuaſerūt. Alius cōſertus
equitatus conſulē in medio acceptum:nō armis modo:ſed etiā corporibus ſuis protegens ī caſtra nuſq̄ Cōſulis
trepide neqꝫ effuſe cedendo reduxit:ſeruati cōſulis decus Cælius ad ſeruū natione Ligurem delegat ma uulnus
lim equidem de filio uerū eſſe:quod & plures tradidere auctores:ſeruū fama obtinuit. Hoc primū cū
Annibale prælium fuit:quo facile apparuit:& equitatu meliorem pœnū eſſe:& ob id campos patentes
quales ſunt īter Padū Alpeſqꝫ:bello gerendo romanis aptos nō eſſe.Itaqꝫ ꝓxima nocte:iuſſis militibus
uaſa ſilentio colligere:caſtra ab Ticino mota:feſtinatumqꝫ ad Padū eſt:ut ratibus:quibus iunxerat flu/
men:nondum reſolutis:ſine tumultu:atqꝫ inſectatione hoſtis copias traiiceret.Prius Placentiam per/
uenere:quā ſatis ſciret Annibal ab ticino profectos.Tamē aliquot moratoꝶ in citeriore ripa ſegniter ra
tem ſoluentes cepit:tranſire nō potuit pontē:ut extrema reſoluta erant:tota rate in ſecūdam aquam la
bente.Cælius auctor eſt Magonē cum eqtatu & hiſpanis peditibus flumen extēplo tranſnataſſe:ipſum
Annibalem per ſupiora Padi uada exercitum traduxiſſe.Elephantis in ordinē ad ſuſtinendū impetum
fluminis oppoſitis:ea periti amnis eius uix fecerint.Nāqꝫ equites:armis equiſqꝫ ſaluis:tantam uim flu/
minis ſuperaſſe non ueriſimile ē:ut iam hiſpanos omnis inflati traſuexerint utres:ſed multoꝶ dierum
circuitu Padi uada petenda fuerint:qua exercitus grauis īpedimentis traduci poſſet.Potiores apud me
auctores ſunt q biduo uix locū rate iungendo flumini inuentū tradūt:eo cum Magone eqtes hiſpano/
rum expeditos præmiſſos.Dū Annibal circa flumen legationibus gallorum audiēdis moratus traiicit
grauius peditū agmen:interim Mago:eqteſqꝫ ab tranſitu fluminis diei unius itinere Placētiā ad hoſtes
contēdunt.Annibal paucis poſt diebus ſex millia a Placentia caſtra cōmuniuit:& poſtero die ī cōſpectu
hoſtium acie directa:ptātem pugnæ fecit.In ſequēti nocte cædes ī caſtris romanis tumultu tamē: quā
re maior ab auxiliaribus gallis facta eſt:ad duo millia peditum:& ducenti equites : uigilibus ad portas Defe/
trucidatis:ad Annibalem trāſfugiunt.Quos pœnus benigne allocutus:& ſpe īgētium donorum accen ctio au/
ſos:ī ciuitates quēqꝫ ſuas ad ſollicitādum popularium aīos dimiſit.Scipio cædem eam ſignum defectio xiliariū
nis oīum galloꝶ eſſe ratus:cōtactoſqꝫ eo ſcelere uelut iniecta rabie ad arma ituros:q̄q̄ grauis adhuc uul galloꝶ
nere erat:tamen quarta uigilia noctis īſequētis:tacito agmine profectus ad Trebiam fluuium:ī loca al/ a ro.
tiora colleſqꝫ īpeditiores eqti caſtra mouet.Minus quam ad Ticinum fefellit:miſſiſqꝫ Annibal primū
numidis:deīde omni equitatu turbaſſet utiqꝫ nouiſſimum agmē:ni auiditate prædæ ī uacua romana
caſtra diuertiſſent.Ibi dum per ſcrutātes loca oīa caſtrorum nullo ſatis digno moræ p̄tio tempus terūt
emiſſus eſt hoſtis de manibus:Et cum iam tranſgreſſos Trebiam romanos metanteſqꝫ caſtra cōſpexiſ
ſent:paucos moratorum occiderūt circa flumē īterceptos.Scipio nec uexatiōem uulneris ī uia iactātis
ultra patiēs & collegam (iam enim reuocatum ex Sicilia audierat) ratus expectādum:locum:qui prope
flumen tutiſſimus ſtatiuis eſt uiſus delectum cōmuniuit.Nec procul īde Annibal:cum cōſediſſet:quā/
tum uictoria equeſtri elatus:tātum anxius inopia:quæ per hoſtium agros euntē nuſquā præparatis cō
meatibus maior ī dies excipiebat:ad Claſtidiū uicum:quo magnū frumēti numeꝶ cōgeſſerāt romani
mittit.Ibi:cū uim pararēt:ſpes facta ꝓditionis:nec ſane magno p̄cio nūmis aureis quadrigētis datis.P.
Brunduſino p̄fecto p̄ſidii corrupto tradit̃ Annibali Claſtidiū:id horreū pœnis ſedētibus ad Trebiā.In Claſti/
captiuos ex tradito p̄ſidio:ut fama clæmētiæ ī pricipio reꝶ colligeret̃:nihil ſæuitū ē.Cū ad Trebiā ter/ diū tra/
reſtre cōſtitiſſet bellū īterim circa Siciliā īſulaſqꝫ Italiæ imminētes:& a Sēpronio cōſule:& ante aduētum dit̃ poe/
eius terra mariqꝫ res geſtæ.Vigītiquīqueremes cū mille armatis ad depopulādam orā Italiæ a carthagi nis
nenſibus miſſæ:nouē liparas:octo ad īſulam Vulcani tenuerūt:tres ī fretum auertit æſtus.Ad eas con/
ſpectas a Meſſana duodecim naues Ab hierone rege ſyracuſanoꝶ miſſæ:q tum forte Meſſanæ erat: cō
ſulē romanū opperiēs:nullo repugnāte:captas naues Meſſānā ī portū deduxerunt·Cognitū ex captiuis
præter uigīti naues:cuius ipſi claſſis eēnt:ī Italiā miſſas:qnqꝫ & triginta alias qnqueremes Siciliā petere
ad ſollicitādos ueteres ſocios.Lilybæi occupādi p̄cipuā curā eſſe:credere eadē tēpeſtate:q̄ ipſi diſiecti fo/
rent:eā quoqꝫ claſſem ad Aegadis īſulā deiectam.Hæc ſicut audita erāt:rex Meſſanæ Aemylio p̄tori:cu
ius Sicilia erat ꝓuīcia:p̄ſcribit:monetqꝫ Lilybeū firmo teneret p̄ſidio.Extēplo & circa p̄torium ac ciui/
tatē miſſi legati tribuniqꝫ:q ſuos ad curā cuſtodiæ ītēderent:ante oīa Lilybæū teneri ad apparatū belli.
Edicto ꝓpoſito:ut ſocii nauales.x.dieꝶ cocta cibaria ad naues deferrēt:& ubi ſignū datū eēt neqd mo/
ram cōſcendēdi faceret:perqꝫ omnem orā:q erāt ex ſpeculis cōſpicerent aduētantem hoſtium claſſem:
Simul itaqꝫ:q̄q̄ de īduſtria morati curſum nauium erā carthaginēſes:ut ante lucem accederēt Lilybæū:
præſenſum tamen ē:quia & luna pernox erat:& ſublatis armamētis ueniebāt: extēplo datū eſt ſignū e
ſpeculis:& ī oppido ad arma conclamatū ē:& in naues cōſcenſum:pars militū in muris portarumqꝫ ſta
tionibus:pars ī nauibus erāt:& carthaginenſes:quia rem fore haud cū imparatis cernebāt: uſqꝫ ad lucē
portu ſe abſtinuerūt demendis armamentis eo tēpore:aptandaqꝫ ad pugnā claſſe abſumpto:ubi illuxit
recipe claſſem in altum:ut ſpatiū pugnæ eēt:exitumqꝫ liberum e portu naues hoſtiū haberēt.Nec Ro/

mani detrectauere pugnam:& memoria circa ea ipſa loca geſtaꝝ reꝝ fræti:& militum multitudine:ac
uirtute:ubi in altum euecti ſunt:romanus cōſerere pugnā:& ex ꝓpinquo uires conferre uelle. Contra
eludere pœnus & arte:non ui rem gerere nauium:quā uiroꝝ:aut armoꝝ malle certamen facere. Nam
ut ſociis naualibus affatim inſtructā claſſem:ita inopem milite habebant:& ſicubi conſerta manus eēt:
haud quāq̄ par numerus armatoꝝ ex ea pugnabat. Quod ubi animaduerſum eſt:& romanis multitu/

Proſpa naualis pugna Ro.

do ſua auxit animū:& paucitas illis minuit:extemplo ſeptem naues punicæ circūuentæ:fugam cæteræ
ceperunt. Mille &.dcc. fuere ī nauibus capti milites:nautæq;:in iis tres nobiles carthaginenſium: claſſis
romana incolumis:una tātum ꝑforata naui:ſed ea quoq; ipſe reduce:in portum rediit. Secundū hāc pu
gnā nondum gnaris eis:qui Meſſanæ erant. L. Sempronius conſul Meſſanam uenit:& fretū ītranti rex
Hiero claſſem ornatam obuiam duxit. Tranſgreſſuſq; ex regia ī prætoriam nauem gratulatus ſoſpitē
cum exercitu & nauibus aduenifle:præcatuſq; ꝓſperum ac felicem ī Siciliam tranſitum: ſtatum deīde
inſulæ:& carthaginenſium conata expoſuit:pollicituſq; eſt:quo animo priore bello populum romanū
iuuenis adiuuiſſet:eo ſenem adiuturum:frumenta:ueſtimētaq; ſe legionibus conſulis: ſociiſq; nauali/
bus gratis præbituꝝ:grande ꝑiculum lilybeoꝝ maritimiſq; ciuitatibus eſſe:quibuſdam uolētibus no/
uas res fore:ob hoc conſuli nihil conctandū uiſum:quin Lilybæum claſſe peteret. Et rex regiaq; claſſis
una ꝓfecti:nauigantes inde pugnatū ad Lilybæum:fuſaſq; & captas hoſtium naues accepere. A lilybeo
conſul. Hierone cū claſſe regia dimiſſo:relictoq; p̄tore ad tuendā Siciliæ orā:ipſe ī inſulā Melitā: quæ a
carthaginēſibus tuebatur:traiecit aduēniēti Amilcar Giſgonis filius p̄fectus p̄ſidii cū paulo minus duo
bus millibus militū oppidūq; cū inſula tradit̄ īde poſt paucos dies reditū Lilybæū:captiuiq; & a cōſule
& a p̄tore:p̄ter īſignes nobilitate uiros ſub corona uænierūt. Poſteaquā ab ea parte ſatis tutam. Siciliam
cenſebat cōſul:ad īſulas Vulcani:quia fama erat ſtare ibi punicam claſſem:traiecit:nec quiſq̄ hoſtiū circa
eas inſulas īuentus:iam forte trāſmiſerant ad uaſtādam Italiæ oram:depopulatoq; uibonēſi agro urbē
etiam terrebant. Repetēti Siciliā conſuli:excurſio hoſtiū in agrum uibonenſem facta nunciat̄:litteræq;
a ſenatu de tranſitu ī Italiā Annibalis:& ut primo quoq; tēpore collegæ ferret auxiliū miſſæ tradūtur:
multis ſimul anxius curis exercitum extemplo in naues impoſitium Ariminū ſupero mari miſit. Sext.
Pomponio legato cum uigintiquīq; longis nauibus uibonēſem agrum:maritimāq; oram Italiæ tuen/
dam attribuit. M. Aemylio p̄tori quīquaginta nauium claſſem expleuit. Ipſe cōpoſitis Siciliæ rebus:de
cem nauium claſſe oram Italiæ legens: Ariminū ꝑuenit:inde cum exercitu ſuo ꝓfectus ad Trebiam flu

Sēpronius cōſul ad trebiā contendunt

men collegæ cōiungitur. Iam ambo conſules:& qcq̄d romanaꝝ uirium erat Annibali oppoſitū:aut il/
lis copiis defendi poſſe romanū imperiū:aut ſpē nullam aliam eſſe ſatis declarabat̄. Tamen conſul alter
equeſtri p̄lio uno:& uulnere ſuo minutus trahi rem malebat. Recentis animi alter:eoq; ferocior nullā
dilationē patiebatur. Quod inter Trebiā Padūq; agri eſt:galli tū incolebant:in duoꝝ p̄potentiū popu/
loꝝ certamine ꝑ ambiguū fauorem haud dubie gratiam uictoris ſpectātes:id romani neq̄d modo mo
uerent:æquo ſatis:pœnus ꝑiniquo aīo ferebat:a gallis accitū ſe ueniſſe ad liberandū eos dictitans. Ob
eam irā ſimul ut p̄da militē aleret:duo millia peditū:& mille eq̄tes numidas plæroſq; mixtos:quoſdā
& gallos populari omnē deinceps agrū uſq; ad Padi ripas iuſſit. Egentes ope galli:cum ad id dubios ſer
uaſſent animos:coacti ab auctoribus iniuriæ ad uindices futuros declinant. Legatiſq; ad cōſulem miſ/
ſis:auxiliū romanoꝝ terræ ob nimiam cultoꝝ fidē in romanos laboranti:orat. Cornelio nec cauſa:nec
tempus agendæ rei placebat:ſuſpectaq; ei gens erat:tum ob īfida multa facinora:tū ut alia uetuſtate ob
ſoleuiſſent ob recentē boioꝝ perfidiam:Sempronius cōtra:cōtinendis:in fide ſociis:maximū uīculum
eſſe:primoſq;:qui coiſſent:ope defenſos cenſebat:tum collega cūctante equitatū ſuū mille peditū:iacu/
latoribus ferme admixtis:ad defendendū gallicū agrum trans Trebiam mittit. Ii ſparſos:& īcompoſi/
tos:oneratoſq; p̄da pleroſq; cū inopinātes inuaſiſſent:īgētem terrorē cædemq; ac fugam uſq; ad caſtra
ſtationeſq; hoſtium fecere:unde multitudine effuſa pulſi:rurſus ſubſidio ſuorum prælium reſtituere.
Varia īde pugna ſequentes:quacunq; ad extremū æquaſſent certamē:maior tamē hoſtiū romanis fa/
ma uictoriæ fuit. Cæteꝝ nemini oīum maior:iuſtiorq; quā ipſi cōſuli uideri:gaudio efferri: qua parte

Vane ſemproníi conſulis elatio

copiaꝝ alter cōſul uictus foret:ea ſe uiciſſe reſtitutos ac refectos militum animos:nec quēquam eſſe:p̄/
ter collegam:qui dilatam dimicationē uellet:eum aīo magis:q̄ corpore ægrū:memoria uulneris aciem
ac tæla horrere:ſed non eſſe cū ægro ſeneſcendū. Quid.n. ultra differri:ac teri tempus? quē tertium cō/
ſulem? quem aliū exercitū expectari? Caſtra carthaginēſium in Italia:ac prope ī conſpectu urbis eē. Nō
Siciliam:ac Sardiniam uictis adēptas:nec eis Iberꝝ Hiſpaniā peti:ſed ſolo patrio terraq; in qua geniti fo
rent pelli romanos: Quantū ingemiſcant:inquit patres noſtri circa mœnia Carthaginis bellare ſoliti:
ſi uideant nos progeniē ſuā duos cōſules cōſulareſq; exercitus in media Italia pauētes intra caſtra: pœ/
num:quod īter alpes Appænnīnumq; agri ſit:ſuæ dicionis feciſſe? Hæc aſſidens ægro collegæ: hæc in
prætorio ꝓpe concionabundus agere. Stimulabat & tēpus ꝓpinquū comitioꝝ:ne ī nouos cōſules bel
lum differret̄:& occaſio in ſe unū uertendæ gloriæ:dū æger collega erat. Itaq; neqcquā diſſentiēte Cor
nelio parari ad ꝓpinquū certamē milites iubet. Annibal:cū quid optimū foret hoſti:cerneret: uix ullā
ſpem habebat temere:atq; īprouide qcq̄ conſules acturos. Sed cum alterius ingenium fama prius: dein
de re cognitum:percitum ac ferox ſciret eſſe:ferociuſq; factum ex ꝓſpero cū p̄datoribus ſuis certamine
crederet:adeſſe gerendæ rei fortunā haud diffidebat. Cuius:ne qd̄ prætermitteret tēpus:ſollicituſq; &
intentus erat:dum tyro hoſtiū eſſet miles:dum meliorē ex ducibus inutilem uulnus faceret: dū gallo/
rum aī uigerent:quoꝝ īgētē multitudinē ſciebat ſegnius ſecuturā:quanto lōgius a domo traherent̄.

Sratage ma Annibalis

Cum ob hæc taliaq; ſperaret propinquum certamen:& facere:ſi ceſſaretur:cuperet:ſpeculatoreſq; galli
ad ea exploranda:quæ uellet:tutiores:quia in utriſq; caſtris militabant paratos pugnæ eſſe romanos re
tuliſſent:locũ inſidiis circũſpectare pœnus cœpit.Erat in medio riuus utriq; peraltis clauſus ripis:& cir
ca obſitus paluſtribus hærbis:& quibus inculta ferme ueſtiuntur uirgultis:uepribuſq;. Quem ubi ad
equites quoq; tegendos ſaris latebroſum locũ circũuectus ipſe oculis perluſtrauit.Hic erit locus Mago
ni fratri ait:quem teneas.Delige centenos uiros ex omni equite:ac pedite:cũ quibus ad me uigilia prĩa
uenias:Nunc corpora curare tẽpus eſt:ita præconium miſſum.Mox cũ delectis Mago aderat. Robora
uirorũ cerno:inqt:Annibal:ſed ut & numero etiam non animis modo ualeatis:ſingulis uobis nouenos
ex turmis:manipuliſq; ueſtris ſimiles eligite.Mago locum monſtrabit:quẽ inſideatis:hoſtẽ cæcum ad
has belli artes habetis.Ita mille equitibus Magoni:mille peditibus dimiſſis:Annibal prima luce numi/
das eqtes tranſgreſſos.Trebiã flumen obequitare iubet hoſtiũ portis:iaculandoq; in ſtatiões:elicere ad
pugnã hoſtẽ:iniecto deinde certamine:cedendo ſenſim circa flumen pertrahere.Hæc mandata numi/
dis.Cæteris peditũ ducibus eqtumq; præceptum:ut prandere oẽs iuberent:armatos deinde inſtratiſq;
equis ſignũ expectare.Sempronius ad tumultũ numidarũ primũ omnẽ equitatũ ferox ea parte uirium
deinde ſex millia peditũ:poſtremo omnes copias ad deſtinatũ locum iam ante conſilio auidus certami
nis eduxit.Erat forte brumæ tempus:& niualis dies ĩ locis alpibus Appænninoq; interiectis propinq/
tate etiã fluminũ ac paludum ꝑgelidis:ad hæc raptim eductis hominibus:atq; eqs:non capto ante cibo
non ope ulla ad arcendum frigus adhibita:nihil caloris inerat:& qcqd auræ fluminis appropinquabat:
afflabat acrior frigoris uis:ut uero refugientes numidas inſequentes aquam ingreſſi ſunt:& erat pecto
ribus tenus:aucta Nocturno imbri tum utiq; egreſſis rigere omnibus corpora:ut uix armorũ tenẽdo/
rum potentia eſſet:& ſimul procedente iam die fame etiam deficere. Annibalis interim miles: ignibus
ante tentoria factis:oleoq; per manipulos:ut mollirent artus:miſſos:& cibo per ocium capto:ubi tranſ
greſſos flumẽ nunciatũ eſt hoſtes:alacer animis:corporibuſq; arma capit:in acieq; ꝓcedit.Baleares lo/
cat ante ſigna:leuem armaturã:octo ferme millia hoĩum:deĩde grauiorẽ armis peditem. Quod uiriũ:
quod roboris erat:ĩ cornibus circunfudit:decẽ millia eqtũ & a cornibus ĩ utranq; partẽ diuerſos elephã
tos ſtatuit.Cõſul effuſos ſequẽtes equites:cũ ab reſiſtẽtibus ſubito numidis ĩcauti exciperẽtur:ſigno re/
ceptui dato reuocatos:circũdedit peditibus.Duo deuigiti millia romani erant:ſociũ noĩs latini.xx.au/
xilia præterea cenomanorũ:ea ſola in fide gallica mãſerat gens:his copiis concurſum ẽ: ꝓlium a baleari/
bus ortum ẽ.Quibus cũ maiore robore legiones obſiſterẽt:deductæ propere ĩ cornua leuis armaturæ
ſunt.Quæ res effecit:ut eqtatus romanus extẽplo urgeretur:Nã cũ uix iã ꝑ ſe reſiſterẽt decẽ milibus eq
tum quattuor millia:& feſſi romani:plæriſq; ĩtegris pœnis obruti ſunt ĩſuper uelut nube iaculorum a
balearibus cõiecta:ad hoc elephãti eminẽtes ab extremis cornibus:equis maxime non uiſu modo: ſed
odore ĩſolito territis fugã late faciebãt pedeſtris pugna par animis magis:quã uiribus erat:quas recẽtes
pœnus pauloante curatis corporibus in ꝓlium attulerat:cõtra ieiuna:feſſaq; corpora romanis &.rigen/
tia gelu torpebant.Reſtitiſſent tamen aĩs:ſi cũ pedite ſolum foret pugnatum:ſed & baleares:pulſo eqte
iaculabãtur in latera:& elephanti iam ĩ mediã peditum aciem ſeſe tulerant:& Mago: numidæq; ſimul
latebris eorũ improuida ꝓterlata acies eſt:exorti a tergo ingẽtem tumultum:ac terrorẽ fecere.Tamẽ in
tot circunſtantibus malis mãſit aliquãdiu ĩmota acies maxĩe ꝓter ſpem omnium:aduerſus elephantos
eos:pedites ad idipſum locati uerutis cõiectis:& auertere:& ĩſecuti auerſos ſub caudis:qua maxĩe mol/
li cute uulnera accipiũt:fodiebant:Trepidantiſq; ꝓpe iam in ſuos conſternatos media acie ĩ extremã:ad
ſiniſtrũ cornu aduerſus gallos auxiliares agi iuſſit Annibal:extẽplo haud dubiam fecerẽ fugam additus
quoq; nouus terror Romanis:ut fuſa auxilia ſua uiderunt.Itaq; cũ iam ĩ orbem utrinq; pugnarẽt:decẽ
millia ferme hoĩum:cũ alii euadere nequiuiſſent:media afrorũ acie:quæ gallicis auxiliis firmata erat:cũ
ingenti cæde hoſtium prupe.Et cum neq; ĩ caſtra reditus eſſet:flumine ĩtercluſis:neq; præ imbri ſatis
decernere poſſent:qua ſuis opem ferrent.Placẽtiam recto itinere prexere.Plures deinde in oẽs ꝑtis eru/
ptiones factæ:& qui flumen petiere:aut gurgitibus abſumpti ſunt:aut ĩtercunctationẽ ingrediendi ab
hoſtibus oppſſi.Qui paſſim ꝑ agros fuga ſparſi erant:ueſtigia cedentis ſequentes agminis.Placentiam
contendere.Aliis timor hoſtium audaciam ingredi flumen fecit:tranſgreſſiq; in caſtra ꝑuenere:imber
niue mixtus:& intoleranda uis frigoris:& homines multos:& iumenta:& elephantos prope omnis cõ
ſumpſit:Finis inſequendi hoſtis pœnis flumen Trebia fuit:& ita torpentes gelu in caſtra rediere:ut uix
lætitiam uictoriæ ſentirent:Itaq; nocte inſequẽti cum præſidium romanorũ caſtrorũ:& qđ reliquum
ex magna parte militum erat:ratibus Trebiam traiicerent:aut nihil ſenſere pœni obſtrepeſcẽte pluuia:
aut quia iam moueri præ laſſitudine nequibant:ac uulneribus ſeſe ſentire diſſimularunt.Quietiſq; pœ
nis:tacito agmine a Scipione conſul exercitus Placentiam eſt perductus:inde Pado traiectus Cremonã:
ne duorũ exercituum hybernis una colonia premeretur.Romam tantus terror ex hac clade ꝑlatus eſt:
ut iam ad urbem Romam crederent infeſtis ſignis hoſtem uenturum:nec quicquam ſpei aut auxilii eſ
ſet:qua portis mœnibuſq; uim arcerent:uno conſule ad Ticinum uicto:altero ex Sicilia reuocato:duo/
bus conſulibus:duobus conſularibus exercitibus uictis:quos alios duces:quas alias legiões eſſe:quæ ac
cerſerentur:ita territis Sempronius conſul aduenit ingenti periculo:per effuſos paſſim ad prædãdum
hoſtium equites:audacia magis:quam conſilio:aut ſpe fallendi:reſiſtendiue ſi nõ falleret: tranſgreſſus:
Id quod unum maxime in præſentia deſyderabatur.Comitiis conſularibus habitis:in hyberna rediit.
Creati conſules.Gn.Setuilius &.C.Flaminius.Cæterum ne hyberna quidem Romanis quieta erant:

Cõſiliũ pœni ducis in copiis ad pugnã cõparãdis

Eqſtre ꝓlium

Gn.Seruilius. C.flaminiꝰ cõſ.

uagantibus paſſim numidis eqtibus & quæ his impeditiora erant celtiberis luſitaniſqꝫ. Oẽs igitur clauſi undiqꝫ cõmeatus erant: niſi quos Pado naues ſubueherent. Emporiũ ꝓpe Placentiá fuit & opere ualido & magno munitũ præſidio. Eius caſtelli oppugnandi ſpe: cum equitibus ac leui armatura ꝓfectus Annibal: cum plurimũ in cælando incœpto ad effectũ ſpei habuiſſet: nocte adortus non fefellit uigiles. Tantus repente clamor eſt ſublatus: ut Placentiæ quoqꝫ audiretur. Itaqꝫ ſub lucẽ cũ equitatu cõſul aderat: iuſſis quadrato agmine legionibus ſequi. Equeſtre præliũ interim commiſſum: in quo: qa Annibal ſaucius pugna exceſſit: pauore hoſtibus iniecto: defenſum egregiæ præſidium eſt. Paucorum ĩde dieꝝ quiete ſumpta: & uix dum ſatis percurato uulnere: ad Vicũuias ire pergit odpugnandas. Id emporium a romanis gallico bello fuerat munitum: inde locum frequentauerát accolæ mixti undiqꝫ ex finitimis populis: & tunc populationũ terror eo plæroſqꝫ ex agris cõpulerat. Huius generis multitudo fama impigre defenſi ad Placẽtiam p̄ſidii accenſi: armis arreptis: obuiam Annibali procedit magis agmine: quá acie: in uia concurrerunt. Et cũ ex altera parte nihil præter ĩconditam turbá eſſet: ĩ altera & dux militi: & duci miles fidens: ad triginta quinqꝫ millia hominum a paucis fuſa: poſtero die: deditiõe facta: p̄ſidiũ intra mœnia accepere iuſſiqꝫ arma tradere: cũ dicto paruiſſent: ſignũ repẽte uictoribus datur: ut tanq̃ ui captam urbẽ diriperẽt. Neqꝫ ulla: quæ in tali re memorabilis ſcribẽtibus uideri ſolet: prætermiſſa clades eſt: adeo omnis libidinis crudelitatiſqꝫ ĩhumanæ ſuperbiæ æditum ĩ miſeros eſt exemplum. Hæ fuerunt hybernæ expẽditiones Annibalis. Haud longis ĩde temporibus: dum ĩtolerabilia frigora erãt: quies militi data eſt: & ad prima ac dubia ſigna ueris profectus ex hybernis in Ethruriá ducit: eá quoqꝫ gentem ſicut gallos: ligureſqꝫ aut ui: aut uoluntate adiuncturus: Tranſeuntem Appænninũ adeo atrox tempeſtas adorta ẽ: aut alpiũ fœditatẽ prope ſupauerit. Vento mixtus imber cũ ferretur ĩ ipſa ora prĩa: quia aut arma omittẽda erãt: aut contra enitẽtes uertice intorti affligebãtur: conſtitere. Deinde cum iá ſpiritũ includeret: nec reciprocare animam ſineret: auerſi a uento: parumper cõſedere: tum uero ĩgenti ſono cælum ſtrepere: & inter horrẽdos fragores micare ignes: capti auribus & oculis metu omnes torpere. Tandem effuſo imbre: cum eo magis accenſa uis uenti eſſet: ipſo illo: quo depræhẽſi erant loco caſtra ponere neceſſarium uiſum eſt. Id uero laboris uelut deintegro initiũ fuit. Ná nec explicare qcq̃: nec ſtatuere poterant: nec qđ ſtatutum eſſet: manebat: oĩa perſcindente uento: & rapiente: & mox aqua leuato uento: cũ ſuper gelida montiũ cacumina concreta eſſet: tantũ niuoſæ grãdinis deiecit: ut omnibus omiſſis procũberent hoĩes tegminibus ſuis magis obruti: quá tecti. Tantaqꝫ uis frigoris inſecuta eſt: ut ex illa miſerabili hominũ: iumentorũqꝫ ſtrage cũ ſe quiſqꝫ attollere: ac leuare uellet: diu nequiret: qa torpentibus rigore neruis: uix flectere artus poterant: deinde ut tandẽ agitando ſeſe mouere: ac recipe aĩos & raris locis ignis fieri eſt cœptus: ad alienã opẽ quiſqꝫ inops tẽdere. Biduũ eo loco uelut obſeſſi manſere: multi hoĩes: multa iumenta: elephanti quoqꝫ ex his: q prælio ad Trebiá facto ſupfuerát: ſeptẽ abſumpti. Digreſſus Appænnino retro ad Placentiá caſtra mouit: & ad decẽ millia progreſſus cõſedit. Poſtero die. xii. millia peditũ: quinqꝫ equitũ aduerſus hoſtẽ ducit. Nec Sempronius conſul: iá. n. redierat ab Roma: detrectauit certamen: atqꝫ eo die tria millia paſſuum ĩter bina caſtra fuere. Poſtero die: ingentibus animis: uario euentu pugnatum ẽ primo cõcurſu adeo res romana ſuperior fuit: ut nõ acie uinceret ſolum: ſed perculſos hoſtes ĩ caſtra perſequerentur: mox caſtra quoqꝫ oppugnarẽt. Annibal paucis ꝓpugnatoribus ĩ uallo: portiſqꝫ poſitis: cæteros confertos ĩ media ualle recepit. Intentoſqꝫ ſignũ ad erumpẽdum ſpectare iubet. Iam nona ferme diei hora erat: cũ romanus nequicquá fatigato milite: poſteaq̃ nulla ſpes erat potiundi caſtris: ſignum receptui dedit. Quod ubi Annibal accepit: laxatáqꝫ pugná: & receſſum a caſtris uidit: extẽplo equitibus dextera leuaqꝫ emiſſis in hoſtẽ: ipſe cum peditum robore de iis caſtris erupit. Pugna raro ulla magis ſcæua: & cũ utriuſqꝫ partis pernicie clarior fuiſſet: ſi extendi a die ĩ lõgum ſpatiũ quiuiſſet: nox accenſum ingentibus aĩs præliũ diremit: itaqꝫ acrior concurſus fuit: quá cædes: & ſicut æquata ferme pugna erat: ita clade pari diſceſſum eſt: ab utraqꝫ parte ſexcẽtis plus peditibus & dimidium eius equitũ cecidit: Sed maior romanis quá pro numero iactura fuit. quia equeſtris ordinis aliquot: & tribuni militum quinqꝫ: & p̄fecti ſociorum tres ſunt interfecti: Secundũ eam pugná Annibal in ligures: Sempronius Lucam conceſſit. Venienti in Ligures Annibali per inſidias ĩtercepti duo queſtores romani. C. Fuluius: & L. Lucretius cũ duobus tribunis militũ & quinqꝫ equeſtris ordinis ſenatorũ ferme liberis quo magis ratá fore cũ his pacẽ: ſocietatẽqꝫ crederet: traduntur. Dũ hæc ĩ Italia geruntᷣ. Gn. Scipio ĩ Hiſpaniá cũ claſſe: & exercitu miſſus: cũ ob oſtio Rhodani ꝓfectus pyreneoſqꝫ montes circũuectus emporiis appuliſſet claſſe: expoſito ibi exercitu: orſus a lacetanis uſqꝫ ad Iberum flumẽ partim renouandis ſocietatibus: partim nouis inſtituẽdis romanæ ditionis fecit: inde cõciliata clæmentiæ fama: non ad maritimos modo populos: ſed in mediterraneis quoqꝫ ac mõtanis ad ferociores iá gẽtes ualuit. Nec pax modo apud eos: ſed ſocietas etiá armoꝝ parata eſt: ualidæqꝫ aliquot auxilioꝝ cohortes ex iis cõſcriptæ ſunt. Hanno Hánonis cis Ibeꝝ prouincia erat: eũ reliquerat Annibal ad regiõis eius præſidiũ. Itaqꝫ priuſq̃ alienarentur oĩa: obuiá eundum ratus: caſtris ĩ conſpectu hoſtiũ poſitis: in aciem eduxit. Nec romano differẽdum certamẽ uiſum: quippe q ſciret cum Hánone: & Aſdrubale ſibi dimicandum eſſe: malletqꝫ aduerſus ſingulos ſe paratim: quá aduerſus duos ſimul rẽ gerere: nec magni certaminis ea dimicatio fuit. Sex millia hoſtiũ cæſa: duo capta cũ præſidio caſtroꝝ. Ná & caſtra expugnata ſunt: & ipſe dux militũ cum aliquot præſidiis capitᷣ: & Sciſſum ꝓpinquũ caſtris oppidũ expugnatᷣ: Cæterũ præda oppidi parui p̄tii rerũ fuit: ſupellex barbarica: ac uilium mácipioꝝ. Caſtra militẽ ditauere: nõ eius modo exercitus: q uictus erat: ſed & eius: q cũ Annibale ĩ Italia militabat: oĩbus fere caris re-

Annibal ſauciatus Vicũuias

p̄ſidia pœ.

Annibalis motus in ethruriam

Sæua ĩ appẽnino tẽpeſtas pœnos affligit

Ferox pugna ad placẽtiam

Prĩa ro. pugna ĩ hiſpáia

bus:ne grauia īpedimēta ferentibus eſſent circa Pyreneum relictis. Priuſquā certa huius cladis fama accederet:tranſgreſſus Iberum Aſdrubal cum octo millibus peditum:mille equitibus: tanquā ad primum aduentum romanorum occurſurus:poſteaquā perditas res:amiſſaq; caſtra accepit:iter ad mare conuertit. Haud procul Tarracone claſſicos milites:naualeſq; ſocios uagos palātiſq; per agros:quod fere fit:ut ſecundæ res creent negligentiam:equite paſſim dimiſſo:cū magna cæde:maiore fuga ad naues compellit. Nec diutius circa ea loca morari auſus:ne a Scipione opprimeretur:trans Iberum ſeſe recepit:& Scipio raptim ad famam nouoꝝ hoſtium agmine acto:cum in paucos præfectos paululū animaduertiſſet:præſidio Tarracone modico relicto:emporia cū claſſe rediit:uix dum digreſſo eo Aſdrubal aderat:& Ilergetum populo:qui obſides Scipioni dederat:ad defectionem impulſo:cum eoꝝ ipſorum iuuenitute agros fidelium romanis ſociorum uaſtat. Excito deīde Scipiōe: Hybernis ſtoicoſis Tarracone Iberum rurſus cedit. Agros Scipio relictos ab auctore defectionis:& ilergetiam gētem cū īfeſto exercitu inuaſiſſet:compulſis omnibus: Athanagiam urbem:quæ caput eius populi erat:circūſedit:intraq; dies paucos pluribus:quā ante obſidibus imperatis:ilergetes pecunia etiam mulctatos in ius dicionemq; recepit. Inde in auſetanos prope Iberum ſocios & ipos pœnorum procedit:atq; urbe eorum obſeſſā laſetanos auxilium finitimis ferentes nocte haud ꝓcul iam urbem cum intrare uellent:excepit inſidiis:Cæſa ad.xii.millia:exuti pœne omnes armis:domos palantes paſſim per agros diffugere. Nec obſeſſos alia ulla res:quam iniqua oppugnantibus hyems tutabatur.xxx.dies obſidio fuit:per quos raro unquam nix minus quattuor pedes alta iacuit:adeoq; pluteos:ac uineas romanorum operuerat:ut ſola ignibus aliquotiens coniectis ab hoſte etiam tutamentum fuerit. Poſtremo cum Amuſitus princeps eoꝝ ad Aſdrubalē ꝓfugiſſet.xx.argēti talētis pacti dedunt. Tarraconē in hyberna reditum eſt.

Vide ne
hoſtico
fis ſit le
gēdum
ab eo
qd ho
ſticū di
cimus
qd non
ſit paca
tum

Romæ aūt circa urbem multa ea hyeme prodigia facta:aut quod euenire ſolet motis ſemel in religionem animis:multa nunciata:& credita temere ſunt:ī quis īgenuum īfantem ſemeſtrem in foro olitorio triumphum clamaſſe:& foro boario bouem in tertiam contignationem ſua ſponte ſcādiſſe:atq; inde tumultu habitatorū territum ſeſe deieciſſe: & nauium ſpeciē de cælo affulſiſſe:& ædem ſpei:quæ in foro olitorio fulmine ictam: & Lanuuini haſtam ſe cōmouiſſe:& coruum in ædem Iunonis deuolaſſe:atq; in ipſo puluinario cōſediſſe:& ī agro amiternino multis locis hoīum ſpecie ꝓcul cādida ueſte uiſos:nec tamē illos cōgreſſos:& ī Piceno lapidibus pluuiſſe & cære ſortes:extenuatæ:& in Gallia lupū uigili gladiū e uagina raptū abſtuliſſe. Ob cætera ꝓdigia libros adire deceuiri iuſſi ſūt:qd aūt labidibus pluuiſſet ī Piceno:nouēdiale ſacrum edictū:& ſubinde aliis ꝓcurādis ꝓpe tota ciuitas operata fuit. Iam primum omnium urbs luſtrata eſt:hoſtiæq; meliores:quibus edictum ē diis cæſæ:& donum ex auri pōdo.xl. Lanuuinū Iunoni portatū ē:& ſignū æneū matrōæ Iunoni ī auētino ædificauerūt: & lectiſterniū cære:ubi ſortes extenuatæ erant:imperatū:& ſupplicatio Fortunæ in Algido. Romæ quoq; & lectiſternium iuuentuti:& ſupplicatio ad ædē Herculis:noīatim deīde uniuerſo populo circa oīa puluinaria idicta: & Genio maiores hoſtiæ ceſæ. Q. & C. Attilius Seranus ꝑtor uota ſuſcipere iuſſus:ſi in.x. annos romanus po. eodem ſtetiſſet loco. Hæc procurata uota: quæ ex libris ſibyllinis magna ex parte leuauerant aium religione. Cōſulum deſignatoꝝ. Alter Flaminius:cui eæ legiones:quæ Placentiæ hybernabant:ſorte euenerant:edictū & litteras & conſulem miſit: ut is exercitus idibus martiis Arimini eſſet in caſtris. Huic in prouincia conſulatum inire conſiliū erat memori ueteꝝ certaminum cum patribus:quæ tribunus ple. poſtea conſul prius de conſulatu:qui abrogabatur:deinde triumpho habuerat: iuiſus ēt ſenatui ob nouam legem:quam iniq; Qu. Claudius tribunus ple. aduerſus ſenatum uno patrum adiuuante. C. Flaminio tulerat:ne quis ſenator:quiue ſenatoris pater fuiſſet:maritimam nauem quæ pluſq; trecentaꝝ amphorarum eſſet:haberet:id ſatis habitum ad fructuſ ex agris uectandos. Quæſtus oīs patribus indecorus uiſus eſt. Res per ſummā contentionem acta inuidiam apud nobilitatem ſuaſori legis. Flaminio fauorem apud plebem:alterumq; inde conſulatum peperit. Ob hoc ratus auſpiciis petendis: latinarumq; feriarum mora: & conſularibus aliis impedimentis retenturos ſe in urbe:ſimulato itinere:priuatus clam in prouinciam abiit. Ea res:ubi palam facta eſt:nouam inſuper iram infeſtis iam patribus mouit. Non cum ſenatu modo: ſed cum diis immortalibus. C. Flaminiū bellum gerere. Conſulem ante inauſpicato factum reuocantibus ex ipſa acie diis: atq; hoibus non paruiſſe: ne nunc conſcientias prætoꝝ & Capitolium:& ſolēnem uotorum nuncupationem fuiſſe:ne die initi magiſtratus Iouis omne templū adiret:ne ſenatū inuiſus ipſe & ſibi uni inuiſum uideret:conſuleretq;:ne latinas indiceret. Iouiq; Latiali ſolēne ſacrū in monte faceret:ne auſpicato profectus in Capitolium ad uota nuncupanda paludatus inde ad prouinciam iret:lixæ modo ſine inſignibus:ſine lictoribus profectus clā furtim haud aliter:ꝙ ſi exilii cauſa ſolū uertiſſet:magis pro maieſtate uidelicet īperii Arimini:ꝙ Romæ magiſtratum inituꝝ:& in diuerſorio hoſpitali: ꝙ apud pœnates ſuos ꝑtextam ſumpturū:reuocandum uniuerſi:retrahendūq; cenſuerunt:& cogendum oībus prius ꝑſentem in deos hoieſq; fungi officiis: ꝙ ad exercitum:& ī prouinciā iret. In eam legationem legatos oīum mitti placuit. Q. Terētius: & M. Antiſtius profecti nihilo magis eum mouere:quam priori conſulatu litteræ mouerant a ſenatu miſſæ:paucos poſt dies magiſtratum iniit immolantiq; ei:uitulus iam ictus e manibus ſacrificantium cum ſeſe proripuiſſet multos circunſtantes cruore reſperſit. Fuga peocul etiam maior apud ignaros: quid trepidaretur:& concurſatio fuit. Id a plæriſq; in omne magni terroris acceptum:legionibus inde duabus a Sempronio prioris anni conſule:duabus a. C. Attilio acceptis ꝑtore ī Ethruriam iam per Appænnini tramites exercitus duci eſt cœptus.

Vide ne
haſtā ꝓ
hoſtiā
ſit legē
dum

Atť. le
gem

TERTIAE DECADIS
# TITI LIVII PATAVINI HISTORICI DE SECVNDO BELLO PVNICO. LIBER SECVN.

IAM VER Appetebat:cum Annibal ex hybernis mouit: & nequicquã
ante conatus trãſcendere Appẽninũ intolerãdis frigoribus: & cũ ingenti
ꝑiculo moratus ac metu.Galli:quos p̃dæ populationũq; cõciuerat:ſpes:
poſteaq̃ ꝓ eo:ut ipſi ex alieno agro raperẽt:agerẽtq;:ſuas terras ſedẽ belli
eſſe:premiq; utriuſq; partis exercituũ uiderũt hybernis: uerterunt retro
ad Annibalẽ ab romanis odia:petituſq; ẽ ſæpe principũ inſidiis:ipſorũq;
inter ſe fraudẽ eadẽ leuitate:qua cõſenſerãt:conſenſu idicãtium ſeruatus
erat:& mutãdo nũc ueſtem:nũc tegumẽta capitis errore ẽt ſeſe ab ĩſidiis
munierat.Cæteꝝ hic quoq; ei timor cã fuit maturius mouẽdi ex hyber
nis.Per idẽ tp̃s.Gn.Seruilius Romæ idibus Martiis magiſtratũ iniit. Ibi
cũ de rep.retuliſſet:reditegrata in.C. Flaminiũ ĩuidia eſt: duos ſe cõſules
creaſſe unũ habere.Quod.n.illi iuſtũ ĩperiũ:qđ auſpiciũ eẽt mg̃ratus: id
a domo:publicis:priuatiſq; penatibus:latinis feriis actis ſacrificio ĩ mõte
ꝑfecto:uotis rite ĩ capitolio nũcupatis ſecũ ferre:nec ꝑuatũ auſpicia ſeq: nec ſine auſpiciis ꝓfectũ ĩ exter
no ea ſolo noua atq; ĩtegra cõcipe poſſe.Augebãt metũ ꝓdigia ſimul ex multis locis nunciata.In Sicilia

Vide ſecũdum Plyniũ nec dixeris ꝓdigium Scipiõiſ & ſpiculoꝝ ſũmitates ardere

militibus aliquot ſpicula.In Sardinia aũt ĩ muro circũeũti uigilias eq̃ti Scipionẽ:quẽ mãu tenuerat:ar/
ſiſſe.& littora crebris ignibus fulſiſſe:& ſcuta duo ſanguinẽ ſudaſſe:& milites quoſdã ictos fulminibus
& ſolis orbẽ minui uiſum:& p̃neſte ardẽtes lapides cælo cecidiſſe:& arpis palmas ĩ cælo uiſas: Pugnan
tẽq; cũ Luna Solẽ:& capenæ duas ĩterdiu lunas ortas:& aq̃s Cerete ſanguĩe mixtas fluxiſſe.Fontẽq; ip
ſum Herculis cruẽtis manaſſe ſparſum maculis:& Antii metẽtibus cruẽtas in corbẽ ſpicas cecidiſſe:&
Faleriis cælũ findi uiſum uelut magno hiatu:quaq; patuerit ĩgens lumẽ effulſiſſe.Sortes ſua ſpõte at/
tenuatas:unãq; excidiſſe ita ſcriptã:Mauors cælũ ſuũ concutit.Et ꝑ idẽ tp̃s romæ ſignũ Martis Appia
uia ad ſimulacra lupoꝝ ſudaſſe:& Capuæ ſpeciẽ cæli ardẽtis fuiſſe:lunæq; ĩter ĩbrem cadẽtis. Inde mi/
noribus ẽt dictu ꝓdigiis fides habita:Capras lanatas q̃buſdã factas.Et gallinã in marẽ:gallũ ĩ fœminã
ſeſe uertiſſe.His:ſicut erãt nũciata expoſitis:auctoribuſq; in curiã ĩtroductis:cõſul de religiõe p̃res cõſu
luit.Decretũ eſt ut ea ꝓdigia partim maioribus hoſtiis:partim lactẽtibus ꝓcurarent̃:& uti ſupplicatio

Hoſtiarũ aliæ maiorẽs Aliæ lactentes

per triduũ ad oĩa puluinaria haberet̃.Cætera:cum decẽuiri libros ĩſpexiſſent:ut ita fierẽt:quẽadmodũ
cordi eẽt diuinis carminibus p̃farent̃.Id decẽuiroꝝ monitu decretum eſt:Ioui primũ donum fulmen
aureũ põdo q̃nquaginta fieret:Iunoni:Mineruæq; ex argẽto daret̃:& Iunoni reginæ in Auẽtino: Iuno
niq; Soſpitæ Lanuuii maioribus hoſtiis ſacrificaretur.Matronæq; pecunia collata:q̃tum cõferre cuiq;
cõmodum eſſet donum Iunoni reginæ ĩ Auentinum ferrent:lectiſterniumq; fieret:q̃n ut libertinæ &
ipſe:unde Feroniæ donum daretur:pecuniam pro facultatibus ſuis conferrent.Hæc ubi facta:decẽuiri

Feronia abequo rea latione ut Dionyſius ait

Ardeæ in foro maioribus hoſtiis ſacrificarunt:poſtremo libri decimo iam menſe ad ædẽ Saturni Ro/
mæ immolatum eſt:lectiſterniũq; ĩperatum:& eum lectũ ſenatores ſtrauerunt:& cõuiuiũ publicũ:ac
ꝑ urbẽ ſaturnalia:die ac nocte clamatũ:populuſq; eum diẽ feſtũ habere:ac ſeruare ĩ perpetuum iuſſus.
Dum conſul placandis romæ diis:trahendoq; delectu dat oparã.Annibal profectus ex hybernis: q̃a
iã Flaminiũ cõſulem Arretiũ perueniſſe fama erat:cũ aliud lõgius:cæteꝝ cõmodius oſtenderet̃ iter,ꝓ/
piorẽ uiã ꝑ paludẽ petit:qua fluuius Arnus ꝑ eos dies ſolito magis ĩundauerat.hiſpanos & afros & oẽ
quod ueterani erat robur exercitus:admixis ipſoꝝ impedimẽtis necubi cõſiſtere coactis neceſſaria ad
uſus deeſſent:primos ire iuſſit:ſeq gallos:ut id agminis medium eſſet nouiſſimos ire equites.Magonẽ
ĩde cũ expeditis numidis cogere agmẽ maxime gallos:ſi tædio laboris lõgæq; uiæ (ut ẽ mollis ad talia
gẽs) dilaberent̃:aut ſubſiſterẽt cohibẽtẽ.Primi:qua mõ p̃irent duces:ꝑ p̃altas fluuii ad ꝓfundas uora/
gĩes:hauſti pœne limo:ĩmergenteſq; ſe tamẽ ſigna ſequebãt̃.Galli neq; ſuſtinere ſe ꝓlapſi:neq; aſſurge
re ex uoraginibus poterãt:aut corꝑa aĩs:aut aĩos ſpe ſuſtinebãt.Alii feſſa ægre trahẽtes mẽbra:alii:ubi

Att̃.ꝑ uigiliũ & labores militum

ſemel uictis tædio aĩs ꝓcubuiſſent:ĩter iumẽta & ipſa iacẽtia paſſim moriẽtes.Maximeq; oĩum uigiliæ
conficiebãt:ꝑ quatriduum iam & tres noctes toleratæ:cum oĩa obtinentibus aq̃s nihil:ubi ĩ ſicco feſſa
ſternerẽt corpora:ĩueniri poſſet:cumulatis ĩ aquas ſarcinis inſuꝑ incũbebant.Iumẽtoꝝ itinere toto ꝓ/
ſtratoꝝ:paſſim aceruĩ tãtũ:qđ extaret aq̃:quærẽtibus ad q̃etem parui tp̃is neceſſariũ cubile dabãt ipſe
Annibal æger oculis ex uerna primũ intẽperie uariãte calores frigoraq; elephãto:q unus ſuꝑfuerat:qđ
altius ex aq̃ extaret uectus uigiliis tamẽ & nocturno hũore:paluſtriq; cælo grauãte caput:& q̃a medẽdi

Annibal altero oculo capit̃

nec locus:nec tp̃s erat altero oculo capitur.Multis hoĩbus:iumẽtiſq; fœde amiſſis:cũ tãdem de paludi/
bus emerſiſſet:ubi primũ ĩ ſicco potuit caſtra locat certũq; ꝑ p̃miſſos exploratores habuit:exercitũ ro.
circa Arretii mœnia eſſe: cõſulis deĩde cõſilia:atq; aĩum:& ſitũ regionũ:itineraq;:& copias atq; cõmea/
tus expediendos:& cætera:quæ cognoſcenda in re erant:ſumma oĩa cũ cura inquirendo exeq̃bat̃. Re/
gio erat in primis Italiæ fertilis ethruſci cãpi:q Feſulas inter:Arretiũq; iacent:frumenti ac pecoris & oĩ/
um copia reꝝ opulenti:Conſul ferox a conſulatu priore & non mõ legum aut patꝝ maieſtatis: ſed ne
deoꝝ quidẽ ſatis metuens: hãc inſitã ingenio eius temeritatẽ fortuna proſꝑo ciuilibus belliciſq; rebus
ſucceſſu aluerat:itaq; ſatis apparebat nec deos:nec hoĩes cõſulẽtẽ ferociter oĩa ac p̃prope actuꝝ. Quoq;
pronior eſſet in uitia ſua:agitare eũ:atq; irritare pœnus parat: & leua relicto hoſte Feſulas petẽs.Ethru
riæ agros p̃datum profectus:q̃tam maximã uaſtitatem põt:cædibus:incendiiſq; conſuli procul oſten/

dit.Flaminius:qui nec quieto quidē hoſte ipſe quieturus erat: tū uero poſteaq̄ res ſociorum ante ocu/
los prope ſuos ferri agiq; uidit ſuū id dedecus ratus:ꝑ mediam iā Italiam uagari pœnū: atq; obſiſtente
nullo:ad ipſa romana mœnia oppugnanda ire:cæteris oībus in conſilio ſalutaria magis: quā ſpecioſa
ſuadentibus:collegā expectandum:ut coniunctis exercitibus cōi aīo conſilioq; rem gererent: interim
eq̄tatu auxiliiſq; leuium armoꝝ ab effuſa ꝑdandi licentia hoſtē cohibendum:iratus ſe ex conſilio ꝓri/
puit:ſignūq; ſimul itineris:pugnæq; propoſuit.Quinimo Arretii ante mœnia ſedeamus: īquit:hic.n.
pr̄ia:& penates ſunt Annibal emiſſus e manibus ꝑpopulet Italiā:uaſtandoq; & urendo oīa ad roma/
na mœnia perueniat:nec ante nos hinc mouerimus:q̄ ſicut olim Camillū ab Veiis.C.Flaminiū ab Ar/
retio patres acciuerint.Hæc ſimul increpans:cū ocius ſigna conuelli iuberet & ipſe in æquū inſiluiſſet:
equus repente corruit:conſulemq; lapſum ſup caput effudit.Territis oībus qui circa erant:uelut fœdo Atē.p/
omine incipiendæ rei:inſuper nunciat:ſignum oī ui moliente ſignifero conuelli nequire. Conuerſus digia
ad nunciū.Num litteras quoq;:inquit:a ſenatu affers.Quæ me rē gerere uetent?Abi nuncia:ſignū ef/
fodiant:ſi ad conuellendū manus præ metu obtorpuerint.Incedere inde agmē cœpit.Primoribus ſup Pœni
quā quod diſſenſerant a conſilio territis:ēt duplici ꝓdigio:milite in uulgus læto:ferocia ducis cū ſpem ducis
magis ipſam:quam cām ſpei intueret.Annibal:qđ agri eſt iter Cortonā urbem . Traſimenūq; lacum: ſtrata/
oī clade belli ꝑuaſtat:quo magis irā hoſti ad uindicandas iniurias ſocioꝝ acuat.Et iam ꝑuenerāt ad lo/ gema
ca īſidiis nata:ubi maxime mōtes cortonēſes Traſimēus ſubit:uia tamē ītereſt ꝑāguſta: uel ad ipſum
de indruſtia relicto ſpatio:deinde paulo latior pateſcit cāpus:inde colles aſſurgunt:ibi caſtra in apto lo/
cat.ubi ipſe cū afris modo hiſpaniſq; conſideret.Baleares cæteraq; leuem armaturā poſt montes circū/
ducit:equites ad ipſas fauces ſaltus tumulis apte tegentibus locat:ut ubi ītraſſent romani:obiecto eq/
tatu clauſa oīa lacu ac montibus eſſent.Flaminius cū pridie ſolis occaſu ad lacum ꝑueniſſet:inexplora/
to poſtero die:uix dū ſatis certa luce anguſtiis ſupatis:poſteaq̄ in patentiorē campum pandi agmē cœ/
pit:id tātū hoſtiū:quod ex aduerſo erat aſpexit: a tergo ac ſup caput detectæ īſidiæ. Pœnus ubi id: qđ
petierat:clauſum lacu montibuſq;:& circūfuſum ſuis copiis habuit hoſtē:ſignum oībus dat inuadēdi.
Qui ubi qua cuiq; ꝓximū fuit decurrere:eo magis romanis ſubita atq; īprouiſa res fuit: quod orta ex Flami/
lacu nebula cāpo:q̄ montibus denſior ſederat: agminaq; hoſtiū ex pluribus uallibus ipſa inter ſe ſatis nii fero
conſpecta:eoq; magis pariter decurrerunt.Romanus clamore prius undiq; orto:q̄ ſatis cerneret:ſe cir/ cia uel
conuentū eſſe ſenſit:& ante frontē lateraq; pugnare cœptū eſt:quā ſatis ſtrueretur acies:aut expediri ar/ medio
ma:ſtringiq; gladii poſſent.Conſul ꝑculſis oībus:ipſe ſatis:ut in trepida re īpauidus: turbatos ordines piculo
uertenteſq; ſe quoq; ad diſſonos clamores inſtruit:ut tp̄s locuſq; patitur:& quacūq; poteſt adhortatur
ac ſtare:& pugnare iubet.Nec.n.inde uotis:aut īploratione deū:ſed ui: ac uirtute euadendū eſſe ꝑ me/
dias acies ferro uiam fieri:& quo timoris minus ſit:eo minus ferme periculi eſſe. Cæteꝝ præ ſtrepitu
ac tumultu nec cōſilium:nec īperium accipi poterat.Tantūq; aberat:ut ſua ſigna:atq; ordinem & locū
noſceret:ut uix ad arma capiēda:aptādaq; pugnæ competeret aīus:opprimerent quidem onerati ma/
gis his quā tecti.Et erat in tāta caligine maior uſus aurium:quā oculorum:ad gemitus uulneꝝ ictuſq;
corpoꝝ:aut armoꝝ & mixto ſtrepentium pauētiumq; clamore circūferebāt ora oculoſq;.Alii fugien/
tes pugnātium globo illati hærebant:alios redeuntes in pugnam auertebat fugiētium agmen.Deinde Princi/
ubi in omnis partes nequicq̄ impetus factus:& ab lateribus montes:ac lacus:a fronte:& a tergo hoſtiū pes Ha/
acies claudebat:apparuitq; nullam niſi in dextra ferroq; ſalutis ſpem eſſe:Tum ſibi unuſquiſq; dux ad/ ſtati in
hortatorq; factus ad rem gerendam:& noua deītegro pugna exorta eſt.Non illa ordinata per pricipes: acie in
haſtatoſq;:ac triarios:nec ut ꝓſignis anteſignanus:poſt ſigna alia pugnaret acies:nec ut ī ſua legione mi riarii
les aut cohorte:aut manipulo eſſet ſors conglobabat:& animus ſuus cuiq; ante:aut poſt pugnādi ordi/ Inſuber
nem dabat.Tantuſq; fuit ardor animorum:adeo intentus pugnæ aīus:ut eum terræmotus:q̄ multaꝝ lege nā
urbium Italiæ magnas partes proſtrauit:auertitq; curſu rapido amnes:mare fluminibus īuexit:mōtes īſubres
lapſu īgenti proruit:nemo pugnantium ſenſerit.Tres ferme horas pugnatum eſt & ubiq; atrociter:cir ſtrauit
ca conſulem tamen acrior īfeſtiorq; pugna eſt.Eum & robora uiroꝝ ſequebant:& ipſe:quacūq; ī par/ Flami/
te premi ad laborem ſenſerat ſuos impigre ferebat opē:inſigniſq; armis & hoſtem ſumma ui petebat: nius al/
& tuebat ſuos ciues:donec inſuber eques Ducario nomē erat:faciemq; noſcitās.Conſul:inquit: hic eſt tero cō/
popularibus ſuis:q legiones noſtras cecidit:agroſq; & urbem ē depopulatus:iam ego hāc uictimā ma/ ſulatu
nibus pereptoꝝ fœde ciuium dabo:ſubditiſq; calcaribus equo ꝑ cōfertiſſimā hoſtiū turbam īpetū fa/ Flami/
cit:obtruncatoq; prius armigereo:q ſe in feſto uenieti obiecerat:cōſulem lancea tranſfixit.Spoliare cu/ nii iteri
pientem triarii:obiectis ſcutis:arcuere magnæ partis fuga īde primū cœpit:& iam nec lacus nec mōtes tus
obſtabāt pauori:ꝑ oīa arcta:præruptaq; uelut cæci euadunt:armaq; & uiri ſup alium alii ꝓcipitantur.
Pars magna ubi locus fugæ deeſt:ꝑ prima uada paludis in aquā ꝓgreſſi:quoad capitibus:humeriſq; ex
tare poſſunt.ſeſe īmergunt:fuere:quos īconſultus pauor nando ēt capeſſere fugam īpulerit. Quæ ubi
immenſa:ac ſine ſpe erat:aut deficientibus animis auriebant gurgitibus:aut ubi nequicquā feſtinaue/
rant:retro egerrime terram repetebant:atq; ibi ab ingreſſis aquam hoſtium equitibus paſſim trucida/
bantur.Sex millia ferme primi agminis ꝑ aduerſos hoſtis eruptione impigre facta ignari omnium:q̄
poſt ſe agerentur:ex ſaltu euaſere.Et cum in tumulo quodam conſtitiſſent:clamorem modo ac ſonū
armoꝝ audiētes:q̄ fortūa pugnæ eēt:nec ꝑſpicere præ caligine poterāt:neq; ſcire.Inclinata ad iniquā re xv.ro.
cū caleſcente ſole depulſa nebula aperuiſſet diē:tū liquida iam luce mōtes cāpiq; perditas res ſtratamq; cæſa
oſtēdere fœde romanā aciem itaq; ne in conſpectos ꝓcul immitteret eques:ſublatis partim ſignis:quā

citatiſſimo poterant agmine:ſeſe abripuerunt.Poſtero die cum ſuper cætera extrema fames etiam iſta
ret fidem dante Maharbale:qui cum oĩbus equeſtribus copiis nocte cõſecutus erat ſi arma tradidiſſent
abire cum ſingulis ueſtimentis paſſurum:ſeſe dediderũt,Quæ punica religione ſeruata eſt fides ab An
nibale:atq; in uincula omnes coniecti.Hæc eſt nobilis ad Traſimenum pugna:atq; ĩtra paucas memo/
rata populi romani clades:quindecim millia romanorum in acie cæſa ſunt: decem millia ſparſa fuga
per omnem Ethruriam diuerſis itineribus Romam petiere.Mille & quingenti hoſtium in acie:mul/
ti poſtea utrinq; ex uulneribus periere.Multiplex cædes utrinq; facta traditur ab aliis:ego præterq̃ qđ
nihil hauſtum ex uano uelim:quo nimis inclinant ferme ſcribentium animi:Fabium æqualem tẽpo/
ribus huiuſce belli potiſſimum auctorem habui.Annibal captiuorum:qui latini nominis eſſent: ſine
pretio dimiſſis:romanis in uincula datis:ſegregata ex hoſtium coaceruatorum tumulis corpora eorũ:
cum ſepeliri iuſſiſſet.Flaminii quoq; corpus funeris cauſa:magna cum cura inquiſitum: non inuenit.
Romæ ad primũ nuncium cladis eius cũ ĩgenti terrore ac tumultu cõcurſus in foꝝ populi ẽ factus
Matronæ uagæ per uicos:quæ repẽs clades allata:quæue fortuna eſſet exercitus: obuios percunctãtur
& cum frequentis concionis modo turba in comitium & curiam uerſa magiſtratus uocaret: tandem
haud multo ante ſolis occaſum.M.Pomponis prætor pugna inquit:magna uicti ſumus:& quãquam
nihil certius ex eo auditum eſt:tamen alius ab alio impleti rumoribus domos referunt cõſulem cum
magna parte copiarum cæſum:ſupereſſe paucos:aut fuga paſſim per ethruriam ſparſos:aut captos ab
hoſte.Quot caſus exercitus uicti fuerãt:tot in curas diſpertiti eorum animi erant:quorum propinqui
Atť.ani sub.C.Flaminio conſule meruerant:ignorãtium quæ cuiuſq; ſuoꝝ fortuna eſſet:nec quiſquã ſatis cer
morũ tum habet:qđ aut ſperet :aut timeat.Poſtero die:ac deinceps aliquot diebus ad portas maior mulieꝝ
cõſter/ prope:quã uiroꝝ multitudo fuit:aut ſuoꝝ aliquem:aut nũcium de his opperiens: circũfundebãturq;
natioñe obuiis ſciſcitãtes:neq; auelli utiq; a uotis:priuſquã ordine oĩa inqſiſſent:poterãt.Inde uarios uultus di/
gredientiũ ab nũciis cerneres:ut cuiq; aut læta:aut triſtia nũciabanť gratulãtiſq;:aut cõſolãtis redeũti/
bus domos circũfuſos.Fœminarũ p̄cipuæ:& gaudia iſignia erãt:& luctus:unã ĩ ipſa porta:ſoſpite filio
repetẽte oblato:in cõſpectu eius expiraſſe ferũt.Alterã cui mors filii falſo nũciata erat:mœſtam ſedẽtẽ
domi:ad primũ cõſpectũ redeũtis filii gaudio nimio exanimatã.Senatũ p̄tores ꝑ dies aliquot ab orto:
uſq; ad occidentem ſolem in curia retinẽt conſultãtes quonam duce:aut qbus copiis reſiſti uictoribus
repẽtia pœnis poſſet.Priuſquã ſatis certa cõſilia eſſent repens alia nũciatur clades:quattuor millia equitum cũ
mors C.Centonio ꝓpretore miſſa ad collegam:a Seruilio cõſule in Vmbria:quo poſt pugnã ad Traſimenũ
nimio auditã auerterãt iter:ab Annibale circunuenta.Eius rei fama uarie hoĩes affecit:pars occupatis maiore
gaudio ægritudĩe aĩs leuem ex comparatiõe priorũ ducebeãt recẽtem eqtũ iacturã:ps nõ id qđ acciderat ꝑ ſe
oborta æſtimare:ſed ut in affecto corpore:q̃uis leuis cã magis:quam ualido Grauior ſentiretur:ita tum ægræ
& affectæ ciuitati quodcũq; aduerſi inciderit:non reꝝ magnitudine:ſed uiribus extenuatis : quæ nihil
quod aggrauaret:pati poſſent:æſtimandũ eſſe.Itaq; ad remedium iamdiu deſideratum ; nec adhibitũ
dictatoreẽ dicendum ciuitas confugit:& quia & conſul aberat:a quo dici poſſe uidebatur:nec per occu/
patam armis punicis Italiã facile erat aut nunciũ:aut litteras mitti:nec dictatorem populus creare pote/
Fabius rat:quod nunq̃ ante eam diẽ factum erat:dictatorẽ populus creauit.Qu.Fabiũ Maximum:&magiſtrũ
max.di equitum.M.Rufum Minutium:Hiſq; negociũ ab ſenatu datum ut muros:turreſq; urbis firmarẽt:&
ctator p̄ſidia diſponerent:quibus locis uideretur:ponteſq; reſcinderent fluminũ:ac cum pœnis pro urbe di/
micandũ eſſe:q̃do Italiam tueri nequiuiſſent.Annibal iterim recto itinere per Vmbriam uſq; ad Spo/
letum uenit inde:cum perpopulato agro:urbẽ adortus eſſet oppugnare:cum magna cæde ſuoꝝ repul/
ſus:& coniectans ex unius coloniæ : haud minis proſpere tẽptatæ uiribus : quanta moles romanæ ur/
bis eſſet:in agrũ picenum auertit iter:non copia ſolum oĩs generis frugũ abundantem:ſed refertum p̄/
da:quam effuſæ auidæq; gentes rapiebant:ibi ꝑ dies aliquot ſtatiua habita refectuſq; miles hybernis
itineribus:ac paluſtri uia:p̄lioq; magis ad euentum ſecundo:q̃ leui ac facili affectus.Vbi ſatis quieti da/
tum:p̄da ac populationibus magis:quã otio aut requie gaudentibus:profectus p̄putianum adrianũq;
agrũ:marſos inde:marrucinoſq;:& pelignos deuaſtat:circaq; Arpos:& Luceriã proximam Apuliæ re/
gionem.Gn.Seruilius cõſul:leuibus p̄liis cum gallis actis:& uno oppido ignoibili expugnato : poſteaq̃
de collega:& exercitus cæde audiuit: iam mœnibus patriæ metuens:ne abeſſet in diſcrimine extremo
ad urbem iter intendit.Qu.Fabius Maximus dictator iterum:quo die magiſtratum iniit:uocato ſena
tu:a diis orſus:cum edocuiſſet patres prius negligentia cerimoniaꝝ:auſpiciorumq; temeritate:atq; in/
ſcitia peccatum a.C.Flaminio conſule eſſe:quæq; piacula iræ deum eſſent:ipſos deos conſulendos eſſe
Veneri peruicit:ut quod non ferme decernitur:niſi cum tetra prodigia nũciata ſunt:decẽuiri libros ſibyllinos
Eryciæ adire iuberen ur:qui:inſpectis fatalibus libris:rettulerũt patribus : quod eius belli cã uotum Marti fo/
& mẽti ret:id nõ rite factum:deintegro atq; amplius faciendũ eſſe: & Ioui ludos magnos:& ædes Veneri Ery/
ædes cinæ ac deæ Menti uouendas eſſe:& ſupplicationẽ:lectiſterniumq; habendũ : & uer ſacrũ uouendum:
uotæ ſi bellatũ proſpere eſſet reſq; publica in eodem:quo erat ante bellũ:ſtatu permanſiſſet . Senatus quoniã
Fabium belli cura occupatura eſſet.M.Aemylium p̄torem ex collegio pontificũ ſententia: oĩ:ea:ut ma
ture fiant:curare iubet:his ſenatuſconſultis perfectis.L.Cornelius Lentulus pontifex maximus:conſu/
lente collegio p̄torum:oĩum primum populũ conſulendum de uere ſacro cenſet:in iuſſũ populi uoue/
ri non poſſe.Rogatus in hæc uerba populus uelitis:iubeatiſne hoc ſic fieri : ſi res populi romani quiri/
tium romanoꝝ ad quinquẽnium proximũ:ſicut uelim:eam ſaluã ſeruauerit:hiſce duellis datũ donũ

ſuit populus romanus quiritiū:quod duellū populo ro.cum carthaginenſi eſt: quæqꝫ duella cū gallis ſunt:qui cis alpes ſunt:quod uer attulerit ex ſuillo:ouillo: caprino grege:quæqꝫ prophana erunt. Ioui fieri:ex qua die ſenatus populuſqꝫ iuſſerit.Qui faciet:q̄do uolet: quaqꝫ lege uolet:facito: quomodo faxit:probe factum eſto:ſi id moratur:quod fieri oportebit:prophanū eſto:neqꝫ ſcelus eſto: ſiquis rūpet occidetue inſciens:ne fraus eſto:ſi quis clepſit:ne populo ſcelus eſto:neue cui cleptum erit:ſi atro die faxit inſciens:probe factum eſto:ſi nocte ſiue luce:ſi ſeruus:ſiue liber faxit: probe factum eſto: ſi āte id ea ſenatus populuſqꝫ iuſſerit fieri:ac faxit:eo populus ſolutus liber eſto.Eiuſdem rei cauſa ludi magni uoti:æris.ccxxxiii.millibus triente:p̄terea bubus Iouis.ccc.multis aliis diuitiis bubus albis atqꝫ cæteris hoſtiis.Votis rite nuncupatis: ſupplicatio edicta:ſupplicatum cum coniugibus regum:ac liberis: non urbana multitudo tantum:ſed agreſtium ēt:quos in aliqua ſua fortuna publica quoqꝫ contingebat.Curatum lectiſternium:& per triduum habitum: decemuiris ſacroꝝ curantibus:& puluinaria in conſpectu fuere.Ioui:& iunoni unum.Alterum Neptūno:& Mineruæ.Tertium Marti:ac Veneri.Quartum Apollini.ac Dianæ.Quintum Vulcano.ac Veſtæ.Sextum.Mercurio:& Cereri.Tum ædes uotæ Veneri Ericinæ ædemqꝫ Fabius Max.Dictator uouit:quia ita ex fatalibus libris edictum erat: ut is uoueret: cuius maximum imperium in ciuitate eſſet.Menti ædem Attilius p̄tor uouit:Ita rebus diuinis pactis. tum de bello reqꝫ.p.dictator rettulit:quibus quotue legionibus uictori hoſti obuiam eundum ēēt:patres:cenſerent.Decretum:ut a.Gn.Seruilio conſule exercitum acciperet:ſcriberet p̄terea ex ciuibus ſociiſqꝫ quantum equitum:ac peditum uideretur:cætera oīa ageret: faceretqꝫ:ut e republica duceret.Fabius duas legiones ſe adiecturum ad ſeruilianum exercitum duxit: his per magiſtrum equitum ſcriptis.Tybur diem ad conueniendum edixit.Edictoqꝫ propoſito:ut quibus oppida caſtellaqꝫ immunita eſſent:ut in loca tuta commigrarent:ex agris quoque uri demigrarent omnes regionis eius qua Annibal iturus eſſet:tectis prius incenſis: ac frugibus corruptis: ne cuius rei copia eſſet: ipſe uia Flaminia profectus obuiam conſuli exercituique:cum ad Tyberim circa Otriculm proſpexiſſet agmen: conſulemqꝫ cum equitibus ad ſe progredientem:uiatorem miſit:qui conſuli nunciaret:ut ſine lictoribus ad dictatorem ueniret.Qui cum dicto paruiſſet:congreſſuſqꝫ eorum in: gentem ſpeciem dictaturæ apud ſocios:ciueſqꝫ uetuſtate iam prope oblitos eius imperii feciſſet: litteræ ac urbe allatæ ſunt:naues onerarias commeatum ab Hoſtia in Hiſpaniam ad exercitum portātes a claſſe punica circa portum Conſanum captas eſſe.itaqꝫ extemplo conſul Hoſtiam proficiſci iuſſus:nauibus:quæ ad urbem romanam aut Hoſtiæ eſſent:completis:milite ac naualibus ſociis perſequi hoſtium claſſem:ac littora Italiæ tutari.Magna uis hominum conſcripta Romæ erat.Libertini etiam:quibus liberi eſſent:ita ætas militaris in uerba iurauerant:ex hoc urbano exercitu:qui minores quinqꝫ & triginta annis erāt: in nauibus impoſiti.Alii:ut urbi præſiderent:relicti.Dictator exercitu conſulis accepto a Fuluio Flacco legato ꝑ agrū ſabinum.Tybur:quo die ad cōueniendū edixerat:nouis militibus uenit.Inde Præneſte:tranſuerſis tramitibus:in uiam Latinam eſt regreſſus:unde itineribus ſumma cum cura exploratis:ad hoſtem ducit Nullo loco niſi quantum neceſſitas cogeret:fortuna ſe cōmiſſurus.Quo primū die haud ꝓcul Apris ī conſpectu hoſtium poſuit caſtra:nulla mora facta:quin pœnus educeret in aciem:copiāqꝫ pugnādi faceret.Sed ubi quieta oīa apud hoſtes:nec caſtra ullo tumultu mota uidet:increpans quidem uictos tandem martios animos romanorum,quia debellatum atqꝫ conceſſum eis propalam de uirtute ac gloria eſſe in caſtra rediit.Cæterum tacita curia animum incenſus:quod cum duce haud quaquā Flaminio Sempronioqꝫ ſimili futura ſibi res eſſet:ac tum demum edocti malis romani parem Annibali ducem quæſiſſent:& prudentiam quidem non uim dictatoris extemplo timuit:conſtantiāqꝫ eius haud dum expertus agitare:ac temptare animum:mouendo crebro caſtra:populandoqꝫ in oculis eius agros ſociorum cœpit:& modo cito agmine e conſpectu abibat:modo repente in aliquo flexu uiæ ſi excipere digreſſum in æquum poſſet:occultus obſiſtebat.Fabius per loca alta agmen ducebat:modico ab hoſte īteruallo:ut neqꝫ omitteret eum:neqꝫ congrederetur caſtris:niſi quantum uſus neceſſario cogeret: tenebatur miles:pabulum:& ligna:nec pauci petebant:nec paſſim.Equitum leuiſqꝫ armaturæ ſtatio compoſita inſtructaqꝫ in ſubitos tumultus:& ſuo militi tuta omnia:& infeſta effuſis hoſtium populatoribus præbebat:neqꝫ uniuerſo periculo ſumma rerum committebatur:& parua momenta leuium certaminum ex tuto cœptorum finitimorum receptu aſſuefaciebāt territum priſtinis cladibus militem minus iam tandem:aut uirtutis:aut fortunæ pœnitere ſuæ.Sed non Annibalem magis infeſtum tam ſanis cōſiliis habebat:quā magiſtrum equitum:qui nihil aliud quā quod nō imperabat moræ ad rem publicā præcipitādā habebat:ferox rapiduſqꝫ in conſiliis:ac lingua īmodicus:primo inter paucos: dein de ꝓpalatam in uulgus pro cunctatore ſegnem:pro cauto timidum affingens uicina uirtutibus uitia compellabat:præmendorum ſuperiorum:quæ peſſima ars nimis proſperis multorū ſucceſſibus creuit:ſeſe extollebat.Annibal ex Arpis in Samnium tranſit:beneuentanum depopulatur agrum.Teleſiā urbem capit:irritat etiam de induſtria ducem:ſi forte accenſum tot indignitatibus: cladibuſqꝫ ſociorū trahere ad æquum certamē poſſit.Inter multitudinē ſociorum italici generis: qui ad Traſimenū capti ab Annibale:dimiſſiqꝫ fuerant:tres cāpani equites erant:multis iam illecti donis: promiſſiſqꝫ Annibalis ad conciliandos popularium animos:hi nunciantes: ſi in Campaniam exercitum admouiſſet.Capuæ potiendæ copiam fore.Cum res maior:q̄ auctores eſſent:dubium Annibalem alterniſque fidentem:ac diffidentem tamen ut campanos ex Samnio peteret:mouerunt. Monitos ut etiam atqꝫ etiam promiſſa rebus confirmarent:iuſſoſqꝫ cum popularius & aliquibus principum redire ad ſe dimiſit.

Ver ſacrum uotum

Lectiſterniū quū lecti in tēplis ſternebant ad diſcūbēdum aut certe ꝓnoctandū

Tacita Annibalis opinio de Fabio

minutii īſolētia

Stellaté cápania Cice. partem cápani agri eſ/ ſe ait

Ipſe íperat duci:ut ſe in agrú caſinaté ducat edoctus a peritis regionú:ſi eú ſaltú circuiſſet:exercitú ro
manú ad opem ferendá ſociis íterclusuꝝ.Sed punicú abhorrés ab latino nomé:Caſilinú ꝓ Caſino du/
cem accipe fecit:auerſuſqꝫ ab itinere ꝑ aliſanú:calatinúqꝫ:& calenú agrum í cápú Stellaté deſcendit:ubi
cú mótibus:flumíbuſqꝫclauſam regioné circúſpexiſſet:uocatú ducé ꝑcunctat:ubi terraꝝ eét:cú is Caſi
lini eo dié máſuꝝ eé dixiſſet:tum demú cognitus eſt error:& Caſinú lóge ide alia regióe eé:uirgiſqꝫ cæ
ſo duce & ad reliquoꝝ terroé in cruce ſublato:caſtris cómunitis Maharbalé cú eqtibus in agrú falernú
ꝓdatú dimiſit:uſqꝫ ad aquas ſinueſſanas populatio ea ꝑuenit.Ingenté cladé: fugá tamé:terroréqꝫ latius
numidæ fecerút:nec tamé terror:cú oía bello flagraret:fide ſocios dimouit:uidelicet qa iuſto:& mode
rato regebant íperio nec abnuebant:qđ unú uinculú fidei eſt:melioribus parere: ut uero ad Vulturnú
flumen caſtra ſunt poſita:exurebaturqꝫ amœniſſimus Italiæ ager: uillæqꝫ paſſim incédiis fumabát:ꝑ
iuga Maſſici mótis:Fabio ducéte:ꝓpe deintegro eſt orta ſeditio:ac duces ſeditióis accéſi qdá:fuerat ení
ſilétium ꝑ paucos dies:qa:cum celerius ſolito doctú agmen fuiſſet:feſtinari ad ꝓhibendá populationi
bus Campaniá crediderát:ut uero in extrema iuga Maſſici mótis uétum eſt:hoſteſqꝫ ſub oculis erát:fa
lerni agri colonorúqꝫ Sinueſſæ tecta urétes:nec ulla erat métio pugnæ.Spectatúue huc inqt Minutius
ad rem fruédam oculis ſocioꝝ cædes:& ícendia uenimus?Nec ſi nullius alterius nos:nec ciuium qdé
hoꝝ pudet:quos in ſinueſſam colonos patres noſtri miſerút:ut ab ſamnite hoſte tuta hæc ora eét: quá
nó uicinus ſamnis urit:ſed pœnus aduena ab extremis orbis terraꝝ terminis noſtra cúctatióe: & ſecor
dia iam huc ꝓgreſſus:Tantú proh dolor degeneramus a parétibus nřis:ut ꝑterq:qđ ꝑ ora illi ſuá puni
cas uagari claſſes dedecus eé íperii ſui duxerit:eam nos núc plená numidaꝝ hoſtiú:ac mauroꝝ iá factá

Ferox minutii concio

uideamus.Qui mó Saguntum oppugnari ídignádo nó hoíes tátum:ſed fœdera:& deos ciebamus:té/
dentem ad mœnia romanæ coloniæ Annibalem læti ſpectamus:fumus ex incendiis uillarum: agro/
rumqꝫ in oculos atqꝫ orat uenit.Strepunt aures clamoribus plorantium ſocioꝝ:ſæpius nos quá deoꝝ
inuocantium opem.Nos hic pecorum more per æſtiuos ſaltus:deuioſqꝫ calles exercitum ducimus: có
diti nubibus ſiluiſqꝫ.Sic hoc modo peragrádo cacumina:ſaltuſqꝫ Furius recipere urbem a gallis uoluiſ
ſet:quo hic nouus Camillus nobis dictator unicus in rebus afflictis quæſitus:Italiam ab Annibale re/
cuperare parat gallorum Roma eſſet:quá uereor:ne ſic cunctantibus nobis Annibali:ac pœnis totiens
ſeruauerit maiores noſtri.Sed uir:ac uere romáus: quo die dictatorem eú ex auctoritate patrú iuſſuqꝫ
populi dictum Veios allatus eſt nuncius:cum eſſet ſatis altum ianiculú:ubi ſedens proſpectaret hoſté:
deſcendit in equum atqꝫ illo ipſo die media in urbe:quæ núc buſta galloꝝ ſunt:& poſtero die citra ga/
bios cecidit galloꝝ legióes.Quid poſt multos annos cú ad furcas Caudinas ab ſamnite hoſte ſub iugú
miſſi ſumus.Vtrú tandé.L.Papyrius Curſor iuga Sánii perluſtrando a Luceria ꝑmens obſidendo:&
laceſſendo uictoré hoſté:depulſum ab romanis ceruicibus iugú ſuperbo ſamniti impoſuit?mó cóſuli
Luctatio quæ alia res:quam celeritas uictoriam dedit:quod poſtero die:quá hoſtem uidit claſſem gra
uem cómeatibus impeditá ſuo & ipſam íſtrumento atqꝫ apparatu oppreſſit.Stulticia é:ſedédo:aut uo/
tis debellari credere poſſe:armari copias oportet:& deducédas í æquú:ut uir cú uiro cógrediaris : audé
do agendoqꝫ res romana creuit non his ſenſibus conſiliiſue:quæ timidi cauta uocant.Hæc uelut con/
cionáti Minutio circúfundebat tribunoꝝ equitúqꝫ romanoꝝ multitudo:& ad aures quoqꝫ militú di/
cta ferocia uoluebant:ac ſi militaris ſuffragii eſſet res:haud dubie ferebát Minutium Fabio duci præla

Fabii có ſilium í Anniba bale in/ terclu/ dendo

turos.Fabius pariter inter ſuos haud minus:q in hoſtes intentus : prius ab aliis inuictú animú præſtás
quáq probe ſcit:nó in caſtris modo ſuis:ſed iam etiá Romæ ſuam cunctationé infamé eſſe: obſtinatus
tamé eodé cóſilio:&tenore æſtatis reliquú extraxit:ut Annibal deſtitutus ab ſpe ſúma appetiti certami
nis iam hybernis locú ſpectaret:quia ea regio præſentis erat copiæ nó ꝑpetuæ:arbuſta:uineæqꝫ:& con/
ciliata oía magis amœnis:quam neceſſariis fructibus.Hac per exploratores relata fama Fabio:cú ſatis
ſciret per eaſdé anguſtias:quibus intrauerat falernú agrú:redituꝝ . Gallicanú monté & Caſilinú occu/
pat modicis præſidiis.Quæ urbs Vulturno flumine dirépta: falernum a cápano agro diuidit: ipſe iu/

L.Ho/ ſtilius cú ſuo eqtatu occidit

gis iiſdem exercitú reducit:miſſo exploratú cum.cccc.equitibus ſocioꝝ.L.Hoſtilio Mácino:qui ex tur
ba iuuenú audientiú ſæpe ferociter cócionanté magiſtrú equitum ꝓgreſſus:primo exploratoris modo
ut ex tuto exploraret hoſté:ubi uagos per uias paſſim numidas ꝑ occaſioné etiam paucos occidit : ex/
téplo occupatus certamine eſt aíus:exciderútqꝫ ꝑcepta dictatoris:qui qtum tuto poſſet ꝓgreſſum pri/
us recipere ſeſe iuſſerat:quá in conſpectú hoſtium ueniret.Numidæ alii atqꝫ alii occurſantes refugien/
teſqꝫ ad caſtra ꝓpe ipſum cú fatigatióe equoꝝ:atqꝫ hoíum pertraxere:Inde Cartalo:penes qué ſumma
equeſtris imperii erat:concitatis equis:inuectus:cum priuſq ad coniectú teli ueniret:auertiſſet hoſtem:
qnqꝫ millia ferme cótinenti curſu ſecutus eſt fugientes:Mancinus : poſteaq nec hoſté deſiſtere ſeq:nec
ſpem uidit fugiendi eſſe:cohortatus ſuos in præliú rediit:oí parte uiriú impar itaqꝫ ipſe:& delecti equi
tum circunuenti occidunt:cæteri effuſo rurſus curſu colles primú:inde ꝓpe inuiis collibus ad dictato/
rem refugerunt.Eo forte die Minutius ſe coniunxerat Fabio miſſus ad firmandum præſidio ſaltú:qui
ſuper Tarraciná in arctas coactus fauces íminet mari:ne ímunito Appiæ limite pœnus ꝑuenire in agꝝ
romanú poſſet.Coniúnctis exercitibus dictator:ac magiſter equitú caſtra in uiam deferunt:qua Anni/
bal docturus erat:duo inde millia hoſtes aberant.Poſtero die pœni quod uiæ inter bina caſtra erat:ag/
mine compleuere.Cú romani ſub ipſo cóſtitiſſent uallo:haud dubie æquiore loco:ſucceſſit tamé pœ/
nus cú expeditis equitibus atqꝫ ad laceſſendú hoſtem raptim & procurſando:recipiendoqꝫ ſeſe pugna/
uere reſtitit ſuo loco romana acies lenta pugna:& ex dictatoris magis : quam Annibalis fuit uolútate,

Incluſus īde uideri Annibal:& ad Caſilinum obſeſſus cū Capua & Sāmium:& tātum a tergo diuitū
socioꝝ romanis cōmeatus ſubueheret:pœnus contra ītra formiana ſaxa:ac Linterni harenas: ſtagnaqꝫ
ꝑ horrida ſitu hybernaturus eēt.Nec Annibalem fefellit ſuis ſe artibus peti.Itaqꝫ cū ꝑ Caſilinum eua/
dere nō poſſet:petēdumqꝫ mōtes:& iugum Calliculæ ſupandum eēt:necubi romanus incluſum ual/
libus agmen aggrederet̃:ludibrium oculoꝝ ſpecie terribile ad fruſtrādum hoſtem cōmentus prīcipio
noctis furtim ſuccedere ad mōtes ſtatuit.Fallacis cōſilii talis apparatus fuit:faces undiqꝫ ex agris colle/
ctæ:faſceſqꝫ uirgaꝝ:atqꝫ arida ſarmēta p̄ligant̃ cornibus boum:quos domitos indomitoſqꝫ multos ī/
ter cæterā agreſtem p̄dam agebat.Ad duo millia ferme boum effecta:Aſdrubaliqꝫ negotiū datū:ut pri
mis tenebris noctis id armētum:accēſis cornibus:ad mōtes ageret:maxime:ſi poſſet:ſup ſaltus ab ho/
ſte inſeſſos.Primis tenebris ſilētio mota caſtra:boues aliquāto ante ſigna acti:ubi ad radices montium
uiaſqꝫ anguſtas uētum ē:ſignū extēplo datur:ut accēſis cornibus:armēta in aduerſos cōcitent̃ montes
& metus ipſe relucētis flamæ ex capite:calorqꝫ iam ad uiuū ad imaqꝫ cornuū adueniens uelut ſtimula/
tos furore agebat boues.Quo repēte diſcurſu:haud ſecus quam ſiluis:mōtibuſqꝫ accēſis:oīa circū uir/
gulta ardere:capitūqꝫ īquietatio excitās flamā hoīum paſſim diſcurrentiū ſpeciē p̄bebat:q ad tranſitus
ſaltus īſidendos locati erāt:ubi in ſummis mōtibus:ac ſup ſe quoſdā ignes conſpexerūt:circūuentos ſe
eſſe rati:p̄ſidio exceſſere:qua īgens emicabat flama:uelut tutiſſimū iter:petentes ſumma montiū iuga:
tum in quoſdā boues palātes a ſuis gregibus īciderunt:& primo tum ꝓcul cernerent:ueluti flamas ſpi
rantium miraculo attoniti:conſtiterūt:deīde:ut humana apparuit fraus:tum uero īſidias rati eē: cum
multo maximoqꝫ ſtrepitu concitant ſe in fugam:leuiqꝫ armaturæ hoſtiū īcurrere.Cæteꝝ nos æquato
timore neutros pugnā īcipiētes ad lucem tenuit.Interea toto agmine Annibal traducto ꝑ ſaltum:& q/
buſdam in ipſo ſaltu hoſtium oppreſſis:ī agro aliſano poſuit caſtra.Hunc tumultum ſenſit Fabius:cæ
terum & īſidias eſſe ratus a nocturno utiqꝫ abhorrens certamine:ſuos munimēto tenuit. Luce prima
ſub iugo montis p̄lium fuit:quo īterclusā a ſuis leuem armaturā:facile & enim numero aliquātulū
p̄ſtabāt romani ſuperaſſent:niſi hiſpanoꝝ cohors ad idipſum remiſſa ab Annibale ꝑueniſſet:ea aſſue/
tior montibus & ad cōcurſandum iter ſaxa rupeſqꝫ aptior ac leuior:tum uelocitate corpoꝝ:tum armo
rum habitu cāpeſtrem hoſtem grauem armis ſtatariūqꝫ pugnæ genere facile eluſit.Ita haud quāq̄ pari
certamīe digreſſ:hiſpani fere oēs īcolumes:romāi aliquot ſuis amiſſis ī caſtra cōtēderūt.Fabius quoqꝫ
mouit caſtra trāſgreſſuſqꝫ ſaltū ſup Aliſas loco alto ac munito conſedit.Tum ꝑ Sāmiū Romā ſe petere
ſimulās Annibal uſqꝫ in pelignos populabūdus rediit.Fabius mediis ītra hoſtiū agmen: urbēqꝫ Romā
iugis ducebat:nec abſiſtēs nec cōgrediens.Ex pelignis pœnus flexit iter:retroqꝫ Apuliā repetēs glerenū
peruenit ad urbē metu:qa collapſa pars mœnium erāt a ſuis deſertam.Dictator in larinati agro caſtra
cōmuniit:inde ſacrorum cauſa Romam reuocatus non imperio modo:ſed cōſilio etiam ac prope præ
cibus agens cū magiſtro equitum:ut plus conſilio quam fortunæ confidat:& ſe potius ducem:q̄ Sem/
pronium flaminiūqꝫ imitetur:ne nihil actum cenſeret:exacta prope æſtate per ludificationem hoſtis:
modicos quoqꝫ plus interdum quiete quam mouendo atqꝫ agendo proficere:haud paruam rem eſſe
a totiens uictore hoſte uinci dediſſe:& a continuis cladibus reſpiraſſe Hoc nequicq̄ præmonito magr̄o
equitum Romā eſt profectus.Principio æſtatis:quo hæc gerebantur in Hiſpania quoqꝫ terra mariqꝫ
cœptum bellum eſt.Aſdrubal ad eū nauium numeꝝ:quem a fratre inſtructum paratumqꝫ acceperat:
decē adiecit.Quadraginta nauium claſſem Himilconi tradit:atqꝫ ita Carthagine profectus nauibus ꝓ
ꝑe terrā exercitum in littore ducebat:paratus confligere:quacūqꝫ parte copiaꝝ hoſtis occurriſſet.Gn.
Scipioni:poſteaq̄ mouiſſe ex hybernis hoſtem audiuit:primo idē conſilii fuit:deinde minus terra pro/
pter ingētem famā nouoꝝ auxilioꝝ concurrere auſus delecto milite in naues īpoſito:quinqꝫ & trigin
ta nauium claſſē ire obuiam hoſti pergit.Altero a Tarracone die ad ſtationem .xx. millia paſſuum diſtā
tem ab oſtio peruenit amnis Iberi:inde duæ maſilienſium ſpeculatoriæ miſſæ rettulerunt claſſem pu/
nicam ſtare in oſtio fluminis:caſtraqꝫ in ripa poſita:itaqꝫ ut improuidos incautoſqꝫ uniuerſo ſimul effu
ſo terrore opprimeret:ſublatis anchoris ad hoſtem uadit.Multas & locis altis poſitas turres Hiſpania
habet:quibus & ſpeculis:& propugnaculis aduerſus latrones utuntur.Inde primo conſpectis hoſtium
nauibus datum ſignū Aſdrubali eſt tumultuſqꝫ prius in terra & caſtris:quam ad mare & ad naues ē or
tus:nōdum aut pulſu remoꝝ ſtrepituqꝫ alio nautico exaudito:aut aperientibus claſſem promōtoriis:
cum repente alius ſuper alium ab Aſdrubale miſſus:quietos uagoſque in littore:in tentoriis ſuis nihil
minuſq̄ hoſtem:aut præliū eo die expectātes:conſcēdere naues ꝓpere:atqꝫ arma capere iubet:claſſem
romanā iam haud ꝓcul a portu eſſe.Hoc equites dimiſſi paſſim imperabant.Mox Aſdrubal ipſe cū oī
exercitu aderat:uarioqꝫ oīa tumultu ſtrepunt:ruentibus in naues ſimul remigibus militibuſqꝫ fugien/
tium magis e terra:q̄ in pugnā euntium modo.Vix dum oēs cōſcenderāt:cum alii reſolutis loris:ut an
chorā euellerent:alii:nequid teneat anchora:lora:incidunt:raptimqꝫ oīa præpropere agendo:militum
apparatu:nautica miniſteria impediunt̃:trepidatione nautaꝝ capere & aptare arma miles prohibeba/
tur.Et iam romanis nō appropinquabat mō: ſed direxerat etiam in pugnā naues : itaqꝫ non ab hoſte
& prælio magis pœni quā ſuometipſi tumultu turbabantur:& tēptata uerius pugna:q̄ inita in fugam
auerterunt claſſem:& cū diuerſi:ac diuerſo late agmine a tam multis ſimul uenientibus haud ſane pe/
netrabiles eſſent:in littus paſſim naues egerunt:atqꝫ alii uadis : alii ſicco littore excepti partim armati:
partim inermes ad inſtructam per littus aciem ſuorum perfugere.Duæ tamen primo concurſu captæ
erant punicæ naues:quattuor ſuppreſſæ.Romani:q̄q̄ terra hoſtium erat : armatamqꝫ aciem toto præ/

Vide ne formia na ſaxa ſit legē/dū pro fortūæ minas ſaxa

Att.cō/mentū Anniba lis

Fabius minu/tiū mo/net ut pugna abſtieat

tentam in littore cernebát:haud cũctanter tamé ĩſecuti trepidá hoſtiũ claſſem:naues oẽs:q̃ nõ aut p̄fre
gerant proras littore illiſas.aut carinas fixerát uadis:religatas puppibus in altum extraxere:ad.v.&.xx.
naues ex.xxx.cepere.Neqꝫ id pulcherrimũ eius uictoriæ fuit:ſed qđ una leui pugna toto eius oræ mari
potiti erát:itaqꝫ ad onuſtam claſſem ꝓfecti:aſcenſu a nauibus in terrá facto:cũ urbẽ ui cepiſſent:captáqꝫ
diripuiſſent:Carthaginé ĩde petút:atqꝫ oẽm agrũ circa depopulati:poſtremo tecta quoqꝫ cõiuncta mu
ro portiſqꝫ ĩcenderunt.Inde iam p̄da grauis ad Longũticam ꝓuenit claſſis.Vbi uis magna ſparti fuit ad
rem nauticam collecta ab Aſdrubale:qđ ſatis in uſum fuit ſublato:cæteꝝ omne ĩcenſum eſt:nec conti
nentis modo ꝓiectas oras p̄teruecta:ſed in Ebuſum inſulam tranſmiſſum:ubi urbe:quæ caput ĩſulæ
eſt:biduum nequicq̃ ſummo labore oppugnata:ubi in ſpem irritam fruſtrari tempus animaduerſum
eſt:ad populationem agri uerſi:direptis aliquot incenſiſqꝫ uicis:maiore quam ex continenti p̄da parta
cum in naues ſeſe recepiſſent:ex Balearibus inſulis legati pacem petentes ad Scipionem uenerunt:inde
flexa retro claſſis:reditúqꝫ in citeriora prouinciæ:quo oĩum populoꝝ:q Iberum incolunt: multorum
& ultimæ Hiſpaniæ legati concurrerunt.Sed qui uere ditionis ĩperiiqꝫ romani facti ſunt:obſidibus da
tis:amplius populi fuerunt centum uiginti.Igitur terreſtribus quoqꝫ copiis ſatis fidens:romanus uſqꝫ
ad ſaltum caſtulonenſem eſt progreſſus.Aſdrubal in Luſitaniam ac propius Oceanum cõceſſit.Quie-
tum inde fore uidebatur reliquum æſtatis tẽpus:fuiſſetqꝫ p pœnum hoſté ſed præterq̃ qđ ipſoꝝ hiſpa
Mandonius — norum inquieta:auidaqꝫ in nouas res ſunt ingenia.Mádonius uir nobilis qui antea ĩlegertum regulus
fuerat:poſteaq̃ romani a ſaltu receſſere ad maritimá oram:cõcitis popularibus in agrum pacatum ro-
manoꝝ ſocioꝝ ad populádũ uenere:Aduerſus eos tribus millibus cũ expeditis auxiliis a Scipione miſ
ſis:leui certamĩe ut tumultuariá manũ fudere:multis occiſis:qbuſdá captis:magna pars armis exuta.

Hic tamẽ tumultus cedenté ad Oceanũ Aſdrubalé cis Iberum ad ſocios tutádos retraxit.Caſtra pu-
Lergauonenſiũ·potius legẽdũ ilercaones ꝓponit — nica in agro lergauonẽſiũ:caſtra romana ad nouá claſſem erát cum fama repẽs alio uertit bellũ.Celtibe
ri principes:q regionis ſuæ.legatos obſideſqꝫ dederát romáis:nũcio miſſo a Scipione exciti arma capiũt
ꝓuinciáqꝫ carthaginẽſiũ ualido exercitu inuadunt:tria oppida ui expugnát:ĩde cũ ipſo Aſdrubale duo
bus p̄liis egregie pugnátes.xv.millia hoſtiũ occiderũt:q̃ttuor millia cũ multis militaribꝰ ſignis capiũt.
Hoc ſtatu reꝝ in Hiſpania.P.Scipio ĩ ꝓuinciá uenit:ꝓrogato poſt conſulatũ ĩperio a ſenatu:miſſus cũ
xxx.longis nauibus:& octo millibus militũ:magnoqꝫ commeatu adiecto.Ea claſſis ĩgens agmĩe one-
rariaꝝ ꝓcul uiſa:cũ magna lætitia ciuiũ ſociorũqꝫ portũ Tarraconis ex alto tenuit.Ibi milite expoſito:
ꝓfectus Scipio fratri cõiungit̃:ac deĩde cõmuni aĩo cõſilioqꝫ gerebát bellum. Occupatis igit̃ carthagi-
nenſibus celtiberico bello haud cunctáter Iberum tráſgrediunt̃:nec ullo uiſo hoſte Saguntum pergũt
ire quod ibi obſides totius hiſpáiæ cuſtodiæ traditos ad Annibalem fama erat modico ĩ arce cuſtodiri
præſidio:id unũ pignus inclinatos ad romana ſocietatem oĩum Hiſpaniæ populoꝝ aĩos morabat̃:ne
ſanguĩe liberoꝝ ſuoꝝ culpa defectiõis luerẽt.Eo uinculo Hiſpaniá uir unus ſolertia magis:q̃ fideli cõ-
Acedux — ſilio exoluit. Acedux erat Sagũti nobilis hiſpanus fidus ante pœnis:cum:qualia plæraqꝫ ſunt barba-
roꝝ ingenia:cũ fortuna mutauerat fidé cæteꝝ tranſfugá ſine magnæ rei ꝓditione uenienté ad hoſtes:
nihil aliud :q̃ unum uile atqꝫ ĩfame corpus eſſe ratus : id agebat:ut quámaximum emolumentum ueluti
nouis ſociis eſſet:circũſpectis igitur oĩbus:quæ fortuna ptátis eius poterat facere:obſidibus potiſſimũ
tradendis aĩum adiecit:eam uná ré maxime ratus conciliaturá romanis principiũ Hiſpaniæ amicitiam
Sed cũ iniuſſu Boſtaris præfecti ſciret nihil obſidum cuſtodes facturos eſſe.Boſtaré ipſum arte aggre-
ditur:caſtra extra urbẽ in ipſo littore habebat Boſtar:ut aditum intercluderet ex portu romanis ibi eũ
in ſecretũ abductũ uelut ignoranté monet:in quo ſtatu ſit res:metũ continuiſſe ad eam dié hiſpanoꝝ
aĩos:quia ꝓcul romani abeſſent:nũc cis Ibeꝝ caſtra romana eſſe:arcé tutá perfugiũqꝫ nouas uolétibus
res.Itaqꝫ.quos metus non teneat: beneficio & gratia deuinciẽdos eſſe:miráti Boſtari percunctátiqꝫ:qđ
ná id ſubitũ tantæ rei donũ poſſit eſſe.Obſides:inquit:in ciuitates remitte:id priuatim parétibus:quo-
rum maximũ nomé in ciuitatibus eſt:ſuis:& publice populis gratũ erit:uult ſibi quiſqꝫ reddi:& habita
fides ipſam plærũqꝫ obligat fidé:miniſterium reſtituendoꝝ domos obſidũ mihimet depoſco : ipſe: ut
opera quoqꝫ impenſa conſiliũ adiuué meũ:& rei ſuapte natura gratæ:quantá inſup gratiá poſſim : adii
ciam Homini non ad cætera punica ingenia callido ut perſuaſit::nocte clam progreſſus ad hoſtium ſta
Hiſpanorum obſides ro.tradunt̃ — tiones:conuentis quibuſdam auxiliaribus hiſpanis : & ab iis ad Scipionem perductus quid afferret:ex
primit:fide accepta dataqꝫ ac loco & tempore conſtituto ad obſides tradendos Saguntum redit.Diem
inſequentem abſumpſit cum Boſtare : mandatis ad rem gerendam accipiendis dimiſſus cum : ſe no-
cte iturum ut cuſtodias hoſtium falleret:conſtituiſſet:ad compoſitam cum iis horam:excitatis cuſto-
dibus puerorum : profectus ueluti ignarus:in præparatas ſua fraude inſidias ducit.In caſtra romana
perducti:cætera omnia de reddendis obſidibus:ſicut cum Boſtare conſtitutum erat:acta:per eundem
ordinem quaſi carthaginenſium nomine ſic ageretur . Maior aliquanto romanorum gratia fuit in re
pari:quam q̃ta futura carthaginenſium fuerat.Illos enim graues ſuperboſqꝫ in rebus ſecundis exper-
tos fortuna & timor mitigaſſe uideri poterat.Romanus primo aduentu incognitus ante a re clæmen
ti liberaliqꝫ initium fecerat.Et Acedux uir prudens haud fruſtra uidebatur ſocios mutaſſe:Itaqꝫ ingé-
ti conſenſu ad defectionem omnes ſpectare:armaqꝫ extemplo mota:forent:ni hyems : quæ romanos
quoqꝫ & carthaginenſes concedere in tecta cogit:interueniſſet.Hæc in Hiſpania quoqꝫ ſecunda æſta-
te punici belli geſta:cum in Italia paululum interualli cladibus romanis ſolers cunctatio Fabii feciſſet
quæ ut Annibalem non mediocri ſollicitum cura habebat;tandem eum militiæ megiſtrum delegiſſe

Romanos cernentem:qui bellū ratione:nō fortuna gereret:ita contēpta erat īter ciues armatos pariter
togatoſq; utiq; poſteaquā abſente eo temeritate magiſtri equitum læto ut prius dixerim : quā proſpe/
ro euentu pugnatū fuerat. Acceſſerant duæ res ad augendā īuidiam dictatoris:una fraude ac dolo Anni
balis:quod cum a profugis ei mōſtratus ager dictatoris eēt:omnibus circa ſolo æquatis ab eo uno fer/
rum ignemq; & uim omnē hoſtiū abſtineri iuſſit:ut occulti alicuius pacti ea merces uideri poſſet. Alte
ra ipſius facto primo forſitan dubio quia nō expectata in eo ſenatus auctoritas ē ad extremū haud am/
bigue in maximā laudē uerſo ī permutādis captiuis:quod ſicut primo punico bello factū erat:cōuene/
rat inter duces romanos pœnumq; ut quæ pars plus reciperet:quā daret:argēti pōdo bina:& ſelibras ī
milite præſtaret.cc.xlvii.cum plures romanus:quā pœnus recepiſſet:argētumq; pro eis debitū ſæpe ia
ctata ī ſenatu re:quoniā nō cōſuluiſſet patres:tardius rogaretur:īuiolatum ab hoſte agrum miſſo Ro/
mam filio uændidit:fideq; publicā impendio priuato exoluit. Annibal pro Geryonis mœnibus : cuius
urbis captæ atq; īcenſæ a ſe ī uſum horreoꝝ pauca reliquerat tecta:ſtatiua habebat:īde frumētatū duas
exercitus partes mittebat:cū tertia ipſe expedita ī ſtatione erat:ſimul caſtris præſidio & circūſpectās nec
unde impetus ī frumētatores fieret. Romanus tūc exercitus ī agro larinati erat:præerat Minutius ma/
giſter equitū:profecto ſicut ante dictum ē ad urbē dictatore. Cæteꝝ caſtra:quæ ī mōte alto ac tuto loco
poſita fuerūt:iā ī planum deferūtur:agitabāturq; pro īgenio ducis cōſilia callidiora:ut īpetus aut in fru
mētatores palātes:aut in caſtra relicta cū leui manu præſidioq; fieret. Nec Annibalē fefellit:cū duce mu
tatā eſſe belli rationē:& ferocius quā cōſultius rem hoſtes geſturos. Ipſe aūt quod minime quis crede/
ret:cū hoſtis uropius eēt:tertiā partē militū frumentatū:duabus retētis ī caſtris dimiſit:deīde caſtra ipa
propius hoſtem mouit duo ferme a Geryone millia ī tumulum hoſti cōſpectū:ut intentum ſciret eſſe
frumētatores:ſi qua uis fieret tutādos:Propior inde ei atq; ipſis īminens romanoꝝ caſtris tumulus ap
paruit:ad quē capiendū:ſi luce palā iretur:quia haud dubie hoſtibus breuiore uia præuētus eſſet: nocte
clam miſſi numidæ ceperūt:quos tenētis locū cōtempta paucitate Romani poſtero die cum eieciſſent:
ipſi eo trāſferunt caſtra. Tum itaq; ut exiguum ſpatii uallū a uallo aberat:& idipſum tota prope cōpleue
rat romana acies:ſimul & per aduerſa caſtra a caſtris Annibalis equitatus cū leui armatura emiſſus in
frumētatores late cædem fugāq; hoſtiū palantiū fecit. Nec acie certare Annibal auſus:quia tāta paucita
te uix caſtra:ſi oppugnarētur:tutari poterat. iamq; artibus Fabii pars exercitus aberat:iā fame ſedēdo &
cunctando bellū gerebat:receperatq; ſuos ī priora caſtra:quæ ꝓ Geryonis mœnibus erant. Iuſta quoq;
acie & collatis ſignis dimicatū quidā auctores ſunt:primo cōcurſu pœnū uſq; ad caſtra fuſum:inde eru
ptione facta repēte uerſum terrorem ī romanos. Numerii Decimi ſamnitis deīde aduentu præliū reſti
tutū:hūc prīcipem genere ac diuitiis nō Bouiani modo:unde erat:ſed toto Sānio iuſſu dictatoris octo
millia peditū & equites ducentos adducentē in caſtra:ab tergo cū apparuiſſet Annibali ſpē parti utriq;
tribuiſſe noui ſubſidii:cumq; Fabio ab Roma ueniente Annibalem inſidiarū quoq; aliq̄d timentē re/
cepiſſe ſuos Romanū inſecutū adiuuāte ſamnite:duo caſtella eo die expugnaſſe:ſex millia hoſtiū cæſa:
quinq; admodū romanoꝝ nunciatū eſt. Tamē ī tam pari prope clade fama egregiæ uictoriæ cū uanio/
ribus litteris magiſtri equitū Romā perlata:de iis rebus perſæpe & ī ſenatu:& ī cōcione actum eſt:cum
læta ciuitate dictator unus nihil nec famæ:nec litteris crederet. Vt uera oīa eſſent:ſecunda ſe magis quā
aduerſa timere diceret. Tum. M. Metellus tribunus plebis:id unū enim uero ferendū eſſe negat:nō præ
ſentem ſolū dictatorem obſtitiſſe rei benegerendæ:ſed abſentem etiā geſtæ obſtare: & ī ducēdo bello
ſedulo tempus terere:quo diutius ī magiſtratu ſit:ſoluſq; & romæ & ī exercitu īperiū habeat : quippe
conſulū alteꝝ ī acie cecidiſſe:alterū ſpecie claſſis punicæ perſequendæ procul ab Italia ablegatū:duos p̄/
tores Sicilia atq; Sardinia occupatos:quoꝝ neutra hoc tēpore prouincia prætore egeat. M. Minutium
magiſtrū equitū ne hoſtē uideret:nequid reip. gereret:prope in cuſtodiā habitū:itaq; hercule nō Sāniū
modo:quo iā tāquā trās Iberum agro pœnis conceſſum ſit:ſed cāpanū calenumq; & falernū ꝑuaſtatos
eſſe:ſedente Caſilini dictatore & legionibus Populi Romani agrū ſuū tutāte:exercitum cupientem pu
gnare:& magiſtrū equitū clauſos prope intra uallum retentos:tāq̄ hoſtibus captiuis arma adempta:tā/
dem ut abſceſſerit īde dictator:ut obſidione liberatos extra uallū egreſſos fudiſſe ac fugaſſe hoſtes : q̄s
ob res:ſi antiquus animus plebi romanæ eſſet:audacter ſe laturum fuiſſe de Fabii imperio. Nunc mo/
dicā rogationē promulgatuꝝ de æquādo magiſtri equitum & dictatoris iure:nec tamē ne ita quidem
prius dimittendū ad exercitū. Q. Fabium:quā cōſulem ī locū. C. Flaminii ſuffeciſſet. Dictator concioni
bus ſe abſtinuit ī actione minime popularis:nec ī ſenatu quidē ſatis æquis auribus audiebatur:hunc cū
hoſtem extolleret uerbis:biēniiq; clades ꝑ temeritatem atq; īſcitiā ducum acceptas referret:magiſtroq;
equitum:q̄d contra dictum ſuū pugnaſſet:rōnem diceret reddendā eſſe:ſi penes ſe ſumma īperii conſi
liiq; ſit:propediem effectuꝝ ut ſciāt hoīes bono īperatori haud magni fortunā momēti eſſe : mentem
rationemq; dominari:ſe ſæuo tēpore:& ſine ignominia ſeruaſſe exercitum:quā multa millia hoſtium
occidiſſe ducere maiorē gloriā eſſe. Huius generis orationibus fruſtra habitis & conſule creato. M. Atti
lio Regulo ne præſens de iure imperii dimicaret:pridie quam rogationis ferēdæ dies adeſſet : nocte ad
exercitum abiit. Luce orta:cum plebis concilium eſſet:magis tacita inuidia dictatoris fauorq; magiſtri
equitū animos uerſabat:quā ſatis audebāt homines ad ſuadendū:quod uulgo placebat:prodire & fauo
re ſuperare:auctoritas tamē deerat rogationi. Vnus inuentus ē ſuaſor legis. C. Terētius Varro:qui prio/
re anno prætor fuerat:loco non humili ſolum : ſed etiam ſordido ortus:patrem lanium fuiſſe ferunt:
ipſum īſtitorē mercis filioq; hoc ipſo ī ſeruili eius artis miſterio uſum:is iuuenis utrū ex eo generꝭ que/

Hāniba lis fraus ī ſeruan do fabii agro

Proſpe ī Anni/ balē pu gnat minu tius

M. Atti lius re/ gulus conſul. C. Terē. Varro